Conquestus est nobis .. de .. clericus, quod .. et .. de .. laici .. diocesis manus etc. usque violentas.[2] Preterea .. et .. laici eiusdem diocesis super terris etc. usque iniuriantur eidem.[3] – mandamus, quatinus, si de huiusmodi manuum iniectione tibi constiterit, prefatos sacrilegos etc. usque competenter[4] et iidem sacrilegi cum tuarum testimonio litterarum etc. usque absolvendi.[5] Super aliis vero partibus convocatis etc. usque in finem.[6]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,204 K 62b.*
[2] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 127 bzw. 88 zu ergänzen. Das Schlüsselwort „Preterea" weist darauf hin, dass es sich bei den Angeklagten der beiden Delikte um verschiedene Personen handelt, weshalb die Mandatsklausel auch mit „si de huiusmodi manuum iniectione tibi constiterit" gebildet werden muss.*
[4] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[5] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[6] *Nach Nr. 88 zu ergänzen. Die Mandatsklausel ist aus derjenigen bei Sakrilegien (vgl. Nr. 126) und derjenigen bei Besitzdelikten (vgl. Nr. 88) angewandten kombiniert. Hier wird sie mit super aliis vero partibus convocatis gebildet, da es sich um unterschiedliche Täter handelt. (vgl. Nr. 68, dazu auch Nr. 53).*

## 129. Super eodem contra Iudeos.

.. de .. clericus nobis conquerendo monstravit, quod .. et .. de .. Iudei manus etc. usque violentas.[1] – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos ad satisfactionem passo iniuriam per subtractionem etc.[2] Testes etc.[3] Vel: mandamus, quatinus illum, sub cuius iurisdictione Iudei predicti consistunt, monere ac inducere procuretis, ut super hoc ecclesie ac passo iniuriam satisfieri faciat competenter, alioquin communionem fidelium appellatione remota Iudeis interdicatis eisdem etc.[4]

[1] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 72 zu ergänzen.*
[3] *In Delegationsreskripten, die gegen Juden impetriert werden, wird die Testes-Klausel angewendet. Vgl. HERDE, Audientia 1,253, 258.*
[4] *Nach Nr. 72 zu ergänzen.*

### 130. Super eodem pro clerico contra clericos et laicos.[1]

.. de .. clericus nobis conquerendo monstravit, quod .. presbiter et .. miles ac .. et .. de .. laici .. diocesis ipsum non absque iniectione manuum in eum dei etc.
f. 17v usque | violentas[2] ausu sacrilego capientes eum carcerali custodie manciparunt. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos sacrilegos tandiu etc. usque absolvendi.[3] Testes non contra clericos.[4]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,203 K 62a.*
[2] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 126 zu ergänzen (Nr. 71). Vgl. auch Nr. 127.*
[4] *Nr. 64, 85.3. Die Testes-Klausel wird nur gegen die Laien angewendet. Vgl. die Anm. zu Nr. 127.*

### 131. Super eodem et contra eosdem et super terris etc. contra eos et alios.[1]

Pro eodem contra eosdem etc. ut supra[a] manciparunt.[2] Iidem quoque ac .. et .. laici .. diocesis super terris etc. iniuriantur eidem.[3] – mandamus, quatinus, si de huiusmodi manuum iniectione et carceris mancipatione tibi constiterit, dictos sacrilegos etc. usque absolvendi.[b] [4] Super aliis vero audias causam etc. usque in finem. Testes non.[5]

a) usque *zu ergänzen*     b) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,204 K 62b.*
[2] *Nach Nr. 130 bzw. 126 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 127 bzw. 88 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 71 zu ergänzen.*
[5] *Bei den Besitzdelikten wird die Testes-Klausel nicht angewendet, wenn Kleriker und Laien gemeinsam angeklagt sind (Nr. 58).*

### 132. Pro clerico contra laicos usque ad sanguinis effusionem.[1]

.. de .. presbiter nobis conquerendo monstravit, quod .. et .. de .. laici .. diocesis manus iniecerunt in eum usque ad sanguinis effusionem dei timore etc. usque violentas.[2] – mandamus, quatinus, si est ita, dictos sacrilegos etc.[3] Testes sic.[4]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,204 K 62d.*
[2] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[4] *Nr. 64, 85.3. Die Testes-Klausel wird nur gegen die Laien angewendet. Vgl. die Anm. zu Nr. 127.*

### 133. Pro clerico contra clericum et laicum et super verberatione.

Conquestus est nobis .. de .. clericus, quod .. de .. presbiter et .. de .. laicus .. diocesis per .. et .. de .. laicos eiusdem diocesis manus in eum violentas inici ac ipsum acriter verberari dei timore postposito nequiter procurarunt. – mandamus, quatinus, si est ita etc.[1]

[1] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*

### 134. Pro clerico capto et carcerato, qui pro liberatione pecuniam dedit et promisit et iuramentum ac fideiussores prestitit de non repetendo.[1]

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod .. rector ecclesie de .. et .. et .. de .. laici .. diocesis procurante .. de .. milite ipsius diocesis dilectum filium .. vicarium perpetuum ecclesie de .. non absque iniectione manuum in eum dei timore postposito temere violenta nequiter capere presumpserunt, dictus quoque miles vicarium ipsum taliter captum[a] ab illis ac pannis et quibusdam aliis bonis suis per violentiam spoliatum ausu sacrilego carcerali custodie mancipavit et tandiu detinuit mancipatum, donec vicarius ipse pro liberatione sua quandam ei pecunie quantitatem[b] quandamque promittere et, quod de premissis querimoniam non deponeret, iuramentum[c] et fideiussoriam cautionem, confectis exinde patentibus litteris et penis adiectis, fuit prestare coactus per vim et metum, qui cadere poterat in constantem. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum militem, quod iuramentum ipsum relaxet et fideiussores ab eodem vicario datos ab huiusmodi fideiussione absolvat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota
f. 18r compellas et iuramento relaxato | eodem dictisque fideiussoribus absolutis huiusmodi sacrilegos tandiu appellatione remota etc. usque absolvendi,[2] quod non obstantibus litteris et penis eisdem pannos, bona et pecuniam predicta ipsi vicario cum integritate restituant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam usuris cessantibus appellatione remota previa ratione compellas.

[a] *am Rand ein Kreuz* [b] dare *zu ergänzen* [c] prestitit *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,206f. K 62e.*

[2] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*

## 135. Pro clerico contra clericum et laicos accedentes hostiliter ad eum et asportatis suis ipsum nudum traxerunt per terram.

Conquestus est nobis .. rector ecclesie de .., quod .. rector ecclesie .. et .. et .. de .. milites ac .. et .. de .. laici .. diocesis ad domum ipsius .. noctis tempore hostiliter accedentes, fractis ipsius ecclesie hostiis eum non absque iniectione manuum in ipsum usque ad effusionem sanguinis dei timore postposito temere violenta, nudum coram multis trahere per terram ac bladum,[a] quandam pecunie summam, pannos et nonnulla alia bona ipsius .., ibidem inventa, secum exinde nequiter asportarunt. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi manuum iniectione et sanguinis effusione etc. usque absolvendi.[1] Super aliis vero audias causam etc.[2] Testes non datur.[3]

[a)] *hier fehlt ein Verb, etwa* procurarunt *wie Nr. 133*

[1] *Nach Nr. 126 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 88 zu ergänzen, da es sich hier wohl um einen Besitzentzug handelt und kein Sakrileg vorliegt. Vgl. dazu auch im ersten Teil S. 113ff.*
[3] *Vgl. Nr. 85.4.*

## 136. Contra iniectores manuum in fratres Predicatores.

Dilecti filii .. prior et fratres ordinis Predicatorum Narbonen.[1] nobis graviter sunt conquesti, quod .. rector ecclesie de .., .. clericus et .. et .. laici Narbonen. civitatis et diocesis possessionem cuiusdam territorii positam iuxta domum dictorum prioris et fratrum ipsos indebite perturbantes[a] et in[b] nonnullos de dictis fratribus manus violentas temere iniecerunt[c] dei timore postposito presumpserunt, alias diversas atroces contumelias et dampna gravia inferentes eisdem. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi manuum iniectione tibi constiterit, dictos sacrilegos, tandiu appellatione remota singulis diebus dominicis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nunties et ab aliis nuntiari facias et ab omnibus artius evitari, donec super hiis satisfecerint competenter etc. usque absolvendi.[2] Super aliis vero audias causam etc.[3]

[a] *statt* perturbare [b] *interlinear darüber nachgetragen* [c] *am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, statt* inicere

[1] *Narbonne (Aude).*
[2] *Nach Nr. 66 zu ergänzen.*
[3] *Mit der gewöhnlichen Conclusio nach Nr. 88 zu ergänzen, da hier wohl kein Sakrileg vorliegt.*

### 137. Contra iniectores manuum in conversos monasterii.

Conquesti sunt nobis .. abbas et conventus monasterii de .. .. ordinis .. diocesis, quod .. magister et nonnulli fratres hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitan. de .. .. diocesis fratrem P. conversum eiusdem monasterii manibus iniectis in eum dei timore postposito temere violentas fecerunt letaliter vulnerari. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos sacrilegos tandiu excommunicatos[a]
f. 18v publice nunties et facias ab omnibus artius evitari, | donec super his satisfecerint competenter et per abbatem passi iniuriam absolutionis beneficium assequantur.[b] [1]

[a] excommunicatos tandiu *mit Umsetzungszeichen* [b] *Rest von f. 18v leer; f. 19r, f. 19v leer*

[1] *Da die Beklagten und der Geschädigte nicht aus demselben Kloster stammen, muss die Conclusio mit „per abbatem passi iniuriam" gebildet werden (Nr. 67).*

f. 20r[a]

### 138. De testamentis. Contra executores[b] testamenti. Super terris etc.[1]

Conquestus est nobis .. dictus Rubeus laicus, quod .. et .. laici .. diocesis, executores testamenti quondam .. laici eiusdem diocesis, quasdam terras, pecunie summam et res alias, quas idem .. ad se spectantes sibi in sua ultima voluntate legavit et sibi per manus earundem[c] executorum dari precepit, contra iustitiam denegant exhibere, licet ad id bona sufficiant testatoris. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.[2]

[a] *am oberen rechten Rand* de testamentis [b] *Beschreibstoff verschmutzt*
[c] *statt* eorundem

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,189 K 57b.*

[2] *Nach Nr. 88 zu ergänzen. Bei Klagen wegen Besitz, über den testamentarisch bestimmt wird, muss die Conclusio die Wendung „usuris cessantibus" enthalten. Vgl. dazu* HERDE, *Audientia 1,289; 2,178 K 47. Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Aussage findet, muss die* Testes-*Klausel gesetzt werden.*

## 139. Pro executoribus super eisdem.[1]

Conquesti sunt nobis .. et .. de .. laici, executores testamenti quondam I. laici .. diocesis, quod .. et .. laici .. diocesis super quadam pecunie summa, terris, possessionibus et rebus aliis, quas idem defunctus ad se spectantes per manus ipsorum executorum in pios usus erogari mandavit, iniuriantur eidem,[a] propter quod ipsius testamenti executio impeditur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc. Si clericus fuerit testator: non dicitur „ad se spectantes", sed „ad se ratione persone sue spectantes etc."[2]

[a] *statt* eisdem

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,189f. K 57c.*
[2] *Vgl. ähnliche Notule im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,178 K 47.3 u. 188 K 57.1.*

## 140. Contra executores episcopi, ut satisfaciant creditoribus episcopi.[1]

Conquestus est nobis .. de .. canonicus et infirmarius secularis ecclesie de .., quod .. et .. de .. diocesis, executores testamenti[2] bone memorie .. episcopi .., de quadam pecunie summa et rebus aliis, in quibus idem episcopus, dum viveret, tenebatur eidem et de quibus per manus ipsorum executorum in ultima voluntate satisfieri precepit eidem, sibi satisfacere indebite contradicunt, licet ad id bona ad eundem episcopum ratione persone sue spectantia sufficere dinoscantur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,190 K 57d.*
[2] *Da es sich bei dem Testator um einen Bischof handelt, müsste der Schreiber statt „executores testamenti" die Wendung „executores ultime voluntatis" verwenden (Nr. 49).*

### 141. Super eodem contra executores archidiaconi.[1]

Conquestus est nobis L. de .. clericus, quod P. de .. clericus et .. et .. laici .. diocesis, executores testamenti quondam H. archidiaconi Senonen.,[2] quandam pecunie summam et res alias, in quibus idem defunctus eidem .., dum viveret, tenebatur et de quibus per manus ipsorum executorum de bonis ad ipsum ratione persone sue spectantibus prefato .. satisfieri in sua ultima voluntate
f. 20v mandavit, contra iustitiam detinent et ei exhibere indebite con|tradicunt, licet ad id bona sufficiant supradicta. – mandamus, quatinus, partibus convocatis etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,190f. K 57e.*
[2] *Sens (Yonne).*

### 142. Contra occupantes bona testatoris laici.[1]

.. nobis conquerendo monstravit, quod .. de .. et .. de .. laici .. diocesis possessiones et alia bona ipsius .. hereditaria, que per manus eisdem executoris creditoribus suis debita, in quibus tenebatur eisdem, satisfieri in ultima voluntate mandavit, per violentiam occupantes eadem illicite occupata detinere presumunt, propter quod testatoris ipsius dispositio impeditur. – mandamus, quatinus, si est ita, detentores predictos, ut possessiones et alia bona predicta restituant, ut tenentur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,191 K 57f.*

### 143. Pro executore contra coexecutorem convertentem in usus proprios bona testatoris.[1]

Conquestus est nobis P. de .. laicus, executor testamenti quondam G. de .. laici, quod B. de .. laicus .. diocesis, coexecutor suus, quandam pecunie summam et res alias, quas dictus G. ad se spectantes per manus dictorum P. et B. communiter in pios usus erogari precepit, temere[a] recipiens ad manus suas et eas in proprios usus convertens pecuniam et res ipsas in huiusmodi pios usus[b] indebite contradicit, propter quod ipsius testamenti executio impeditur et pia testatoris intentio defraudatur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

Vel: in proprios usus convertens nequiter ipsas erogare in huiusmodi usus iuxta piam dispositionem ipsius .. indebite contradicit, propter quod pia testatoris intentio defraudatur. – mandamus quatinus etc.

[a] *am Rand, durch Zeichen hier eingefügt* [b] *hier fehlt folgendes* erogare

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,191f. K 57g.*

## 144. Super eodem in testamento mulieris.[1]

Conquestus est nobis .. prior, executor testamenti quondam I. de .. mulieris, quod P. de .. canonicus ecclesie .., coexecutor eius, quandam pecunie summam et res alias, quas dicta I. ad se spectantes per manus ipsius prioris et eiusdem canonici communiter in pios usus erogari mandavit, temere recipiens ad manus suas et eas in proprios usus[a] convertens ipsas erogare in huiusmodi pios usus iuxta dispositionem ipsius I. indebite contradicit, propter quod pia testatoris[b] intentio defraudatur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a] nequiter *zu ergänzen* [b] *statt* testatricis

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,184 K 54.*

## 145. Contra executores, quod compellantur ad executionem faciendam.[1]

f. 21r Ex parte tua fuit nostris auribus intimatum, quod nonnulli executores | testamentorum tue civitatis et diocesis testatorum bona, que ab illis per manus eorum eroganda piis locis et pauperibus reliquuntur, iuxta proprie voluntatis arbitrium distribuere non verentes ea interdum suis, interdum vero aliorum usibus illicite deputare presumunt in suarum animarum periculum et scandalum plurimorum. Quare humiliter supplicasti super hoc de benignitate sedis apostolica provideri. Nos igitur attendentes, quod nichil magis rebus debetur humanis, quam ut testatorum voluntates ultime firmiter observentur, fraternitati tue, quod executores testamentorum huiusmodi ad debitam executionem illorum monitione premissa per censuram ecclesiasticam compellere valeas, auctoritate presentium concedimus facultatem.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,192 K 57h.*

### 146. Contra executores. Contra nobilem super terris.[1]

Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii .. ordinis .. nobis conquerendo monstrarunt, quod, cum quondam G. de .. laicus quandam pecunie summam et res alias eis in ultima voluntate legavit per manus R. de .. .. diocesis, quem sui executorem constituerat testamenti, eidem monasterio tribuendas, idem R. id efficere contradicit. Preterea nobilis mulier .. domina de .. et .. et .. filii ipsius nobilis super terris etc. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc. – proviso, ne in terram dicte nobilis et filiorum eius etc.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,193 K 57i.*
[2] *Die Mandatsklausel wird genauso gebildet, wie alle bisherigen Beispiele (mit Ausnahme von Nr. 145). Die Proviso-Klausel muss gesetzt werden, da eine Adelige gleichzeitig wegen Besitzdelikten angeklagt wird (vgl. Nr. 43).*

### 147. Contra occupantes bona testatoris, quod ea restituant executoribus.[1]

Sua nobis venerabilis frater noster[a] .. episcopus .. ac dilecti filii nostri F. sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis[2] et alii executores testamenti bone memorie B. sancti Eustachii diaconi cardinalis[3] conquestione monstrarunt, quod P. de .. et N. de .. ecclesiarum rectores et .. et .. clerici civitatis et diocesis quandam pecunie summam et res alias, quas dictus cardinalis sancti Eustachii ad se ratione persone sue spectantes per manus ipsorum executorum in pios usus erogari precepit, contra iustitiam detinent et eas denegant exhibere, quare ipsius testamenti executio impeditur. – mandamus, quatinus dictos rectores et clericos, ut eisdem executoribus pecuniam ipsam et res alias exhibeant, ut tenentur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam cognita veritate compellas.[4]

[a] *Im Manuskript eine Schlangenlinie.*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,193f. K 57k.*
[2] *Der einzige Kardinaldiakon mit dieser Initiale ist Franciscus Caietanus. Er war jedoch erst 1295 Dezember 17 - 1317 Mai 16 Kardinaldiakon von S. Maria in Cosmedin. Vgl.* EUBEL *1,12 u. 51;* PARAVICINI BAGLIANI *85f. mit Anm. 1.*

[3] *Ein Kardinaldiakon hat trotz seiner hohen Stellung keine Bischofsweihe. Deshalb wird sein Testament als „testamentum“ bezeichnet und nicht als „ultima voluntas“ (vgl. Nr. 49). Der einzige Kardinaldiakon mit dieser Initiale ist Bernardus de Turre. Er war jedoch erst 1342 September 20 - 1361 August 7 Kardinaldiakon von S. Eustachius. Vgl.* EUBEL *1,18 u. 50. Die Siglen sind daher fiktiv.*
[4] *Die delegierten Richter erhalten hier nicht den Auftrag, einen Prozess durchzuführen, sondern sollen die Beklagten mit den üblichen Kirchenstrafen zur Herausgabe des testamentarischen Gutes zwingen.*

## 148. Ut executores episcopi cogantur solvere pensionem non solutam.[1]

f. 21v Sua nobis dilectus filius .. de .. clericus conquestione monstravit, quod, cum bone memorie .. episcopus .. sibi pensionem annuam trium marcharum argenti, donec eidem in competenti ecclesiastico beneficio provideret, liberaliter concessisset, prout in litteris ipsius episcopi dicitur plenius contineri, eodem episcopo ante mortem per sex annos et amplius in solutione prefate pensionis cessante ipsoque postmodum universe carnis viam ingresso .. archidiaconus et .., executores testamenti[2] eiusdem episcopi, per quos idem episcopus satisfieri sibi de pensione illa[a] preteriti temporis in ultima voluntate mandavit, prefato clerico de ipsa satisfacere indebite contradicunt, quamquam ad id bona ad eundem episcopum ratione persone sue spectantia sufficere dinoscantur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a)] ratione *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,195 K 57l.*
[2] *Da es sich hier bei dem Testator um einen Bischof handelt, müsste der Text statt „testamentum“ „ultime voluntatis“ enthalten (vgl. Nr. 49).*

## 149. Contra executores quod satisfaciant servitori episcopi defuncti.[1]

Dilectus filius M. de .. nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse bone memorie .. episcopo .. diu serviverit fideliter et devote, idem episcopus morte preventus de promissa sibi pro labore mercede non satisfecit eidem. Et licet dictus episcopus omnibus, quibus in aliquo tenebatur, per manus .. de .. canonici .. et[a] aliorum, quos executores sui constituerat testamenti, .. et .. civitatis et diocesis satisfieri in ultima voluntate mandavit, tamen predicti executores de mercede huiusmodi predicto M. satisfacere indebite

contradicunt, quamquam bona ipsius episcopi ad eum ratione persone sue spectantia[b] sufficere dinoscantur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) *am Rand* at(tende) b) ad id *zu ergänzen*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,195f. K 57m.*

### 150. Pro executore contra coexecutores dispensantes bona testatoris contra formam testamenti.[1]

Venerabilis frater noster .. episcopus .., executor testamenti[2] bone memorie I. episcopi .., nobis conquerendo monstravit, quod .. et ..[a] coexecutores eius .. diocesis eo contempto et irrequisito, qui commode potest et debet de iure requiri, bona eiusdem testatoris, que per manus ipsorum in usus pios debebant communiter erogari, pro sua voluntate dispensant contra testamenti formam temere veniendo. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) *.. wohl nachträglich eingefügt*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,196f. K 57n.*
2 *Da es sich hier bei dem Testator um einen Bischof handelt, müsste der Text statt „testamentum" „ultime voluntatis" enthalten (vgl. Nr. 49).*

### 151. Contra executores, qui non restituunt usuras defuncti.[1]

Conquestus est nobis .. de .. clericus, quod .. de .. clericus et alii laici .. diocesis, executores testamenti quondam .. de .. laici,[a] de usuris, quas idem defunctus[b] ab eo extorsit et de quibus per manus ipsorum executorum sibi satisfieri in ultima voluntate mandavit, ei satisfacere indebite contradicunt,
f. 22r licet ad id bona sufficiant | testatoris. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) .. diocesis *zu ergänzen* b) dum viveret *zu ergänzen*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,187 K 57.*

152. Pro executore unius contra executorem alterius, qui personarum[a] tenebatur.[1]

Conquestus est nobis .. archidiaconus .., executor .. testamenti quondam .. de .. canonici ..,[b] quod .. decanus ecclesie .. ..[c] diocesis, executor ultime voluntatis quondam[2] .. episcopi .., de quadam pecunie summa et rebus aliis, in quibus dictus episcopus, dum viveret, eidem canonico tenebatur et de quibus ipsi canonico tunc viventi[d] per manus ipsius decani, executoris eius, in ultima voluntate mandavit quasque prefatus canonicus ad se ratione persone sue spectantes per manus dicti archidiaconus in pios usus erogari precepit, prefato archidiaconus satisfacere indebite contradicit, licet bona ad dictum episcopum ratione persone sue spectantia sufficere dinoscantur, propter quod testamenti ipsius canonici executio impeditur. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.[e]

a) *stark gekürzt* b) ecclesie *zu ergänzen* c) *.. .. aus .. korrigiert*
d) satisfieri *zu ergänzen* e) *Rest von f. 22r leer; f. 22v leer*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,186f. K 56.*
2 *Da es sich hier bei dem Testator um einen Bischof handelt, müsste der Text statt „quondam“ „bone memorie“ enthalten (vgl. Nr. 49).*

f. 23r

De iniuriis, sacrilegiis et violentiis.

153. Pro rectore contra clericos asportatores bonorum ecclesie.

Conquestus est nobis .. rector ecclesie de .., quod .. et .. clerici .. diocesis cum quibusdam suis in hac parte complicibus ad ecclesiam ipsam armata manu hostiliter accedentes fractis hostiis eiusdem ecclesie violenter, libros, calicem argenteum et omnia ornamenta eius[a] ecclesiastica[b] ibidem inventa exinde secum nequiter asportarunt in ipsius rectoris preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi fractione hostiorum tibi constiterit, dictos sacrilegos tandiu appellatione remota excommunicatos publice nunties etc. usque absolvendi. Super aliis vero audias causam etc.[1]

a) *statt* eiusdem b) *statt* ecclesia

[1] *Nach Nr. 126 zu ergänzen: „et facias ab omnibus artius evitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi".*

154. Contra eum, qui hostiliter accessit ad cimiterium rectoris.

Conquestus est nobis .. rector ecclesie de .., quod magister P. de .. clericus, G. de .. miles, A. de .. et B. de .. domicelli ac P. de .. laicus et alii laici .. diocesis eorum in hac parte complices ad cimiterium dicte ecclesie hostiliter accedentes quendam murum, quo cimiterium claudebatur predictum, diruere nequiter presumpserunt in prefati rectoris ac ipsius ecclesie iniuriam et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis.

155. Contra diruentes ecclesias et contra incendiarios.

Querelam dilecte in Christo filie .. abbatisse et conventus monasterii .. .. ordinis recepimus continentem, quod universitas hominum castri .. .. diocesis ad monasterium ipsum armata manu hostiliter accedentes monasterium ipsum incendio devastarunt et alia[a] ibidem inventa secum nequiter adducentes in predam eisdem per rapinas dampna gravia irrogarunt. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a)] -a *korrigiert*

156. Contra asportantes res ecclesiasticas.

Sacrista secularis ecclesie de .. nobis conquerendo monstravit, quod P. et N. de .. laici .. diocesis associatis sibi quibusdam iniquitatis filii ad domum ipsius sacriste hostiliter accedentes vinum, equitaturas et res alias eiusdem sacriste ibidem inventas secum exinde asportare nequiter presumpserunt in ipsius sacriste preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

### 157. Contra[a] diruentes et vastantes domos ecclesie.

Conquestus est nobis P. plebanus ecclesie .., quod .. et .. laici .. diocesis ad ecclesiam ipsam hostiliter accedentes et eam ausu sacrilego funditur[b] diruentes, f. 23v domos | ipsius incendio devastarunt ac bona eiusdem ibidem inventa secum exinde asportare nequiter presumpserunt. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi ipsius ecclesie dirutione tibi constiterit, dictos sacrilegos etc. Super aliis vero etc.[1]

a) tr *korrigiert* b) *statt* funditus

1 *Nach Nr. 153 zu ergänzen.*

### 158. Contra eicientes monachum de grangia monasterii et asportantes bona et detinentes occupatam grangiam.[1]

Dilecti filii .. abbas et conventus etc., quod .. de[a] associatis etc.[2] ad grangiam de .. ipsius monasterii hostiliter accedentes eiectis exinde turpiter monachis, bonis ibidem inventis secum nequiter asportatis eandem grangiam per violentiam detinent occupatam in anime sue periculum et dicti monasterii non modicum detrimentum. – mandamus, quatinus prefatos .. et complices tandiu excommunicatos publice nunties et facias etiam per loca, in quibus expedire videritis,[b] nuntiari, donec predictam grangiam cum fructibus inde perceptis et alia bona sic ablata restituant .. abbati et conventui memoratis ac de dampnis et iniuriis eis illatis debitam satisfactionem impendant.

a) *zwei Punkte zu ergänzen* b) *statt* videris

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,227f. K 74.*
2 *Nach Nr. 161 zu ergänzen.*

### 159. Contra fractores hostiorum et vulneratores et carceratores clerici.

Conquestus est nobis .. de .. clericus, quod .. et .. laici .. diocesis ad domum ipsius clerici hostiliter accedentes ipsius domus ianuas confregerunt dictumque clericum dei timore postposito graviter vulnerarunt ac eum carceri

manciparunt, ibidem ipsum aliquamdiu detinere occupatum ausu sacrilego presumpserunt, nonnullis bonis dicti clerici in domo prefata inventis secum exinde nequiter asportatis. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi vulneratione et carceris mancipatione tibi constiterit, dictos sacrilegos tandiu etc. Super aliis vero etc.

### 160. Contra nobilem et vassallos episcopi, qui accesserunt hostiliter ad villam episcopi et eum tenuerunt invitum.

Sua nobis venerabilis frater noster .. episcopus .. conquestione monstravit, quod, licet nobilis vir et .. sue diocesis, vassalli eiusdem episcopi, ratione feudorum, que tenent ab ipso iuramento super hoc prestito, non solum iura episcopi eiusdem illesa et integra conservare, verum etiam defendere ab huiusmodi iniuriatoribus teneantur, tamen dicti nobiles sue salutis immemores non absque ingratitudinis vitio et infidelitatis nota ad villam de .. nocturno tempore hostiliter accedentes etc. Iidem quoque tanquam indevoti filii eundem episcopum, ipsorum dominum, retinere invitum, dum per eandem diocesim
f. 24r transitum faceret, ausu nephario presum|pserunt[a] contra iuramentum huiusmodi temere veniendo. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos nobiles, quod bona restituant, ut tenentur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas; proviso etc.

[a] *am Rand* at(tende)

### 161. Contra vassallos monasterii, qui destruxerunt bona et ceperunt homines monasterii.

Sua[a] nobis .. abbas et conventus monasterii .. ad Romanam ecclesiam etc.[1] ordinis sancti .. .. diocesis nobis gravi conquestione monstrarunt, quod .. et .. milites, vassalli predicti monasterii, associatis sibi nonnullis clericis et laicis eorum in hac parte complicibus tam eiusdem castri .. diocesis quam etiam aliunde fidelitatis iuramento eidem abbati prestito non sine proditionis vitio spiritu rebellionis adversus dictum abbatem et conventum assumpto ad terram dicti monasterii nocturno et diurno tempore cum vexillo extenso hostiliter accedentes nonnullas domos castri .. dicti monasterii destruere ac arbores in

territoriis tam ipsius quam aliorum castrorum ad monasterium predictum spectantium existentes incidere, vineas extirpare,[b] quamplures homines castrorum ipsorum capere et animalia exinde in predam deducere ipsosque homines aliquamdiu detinere nequiter presumpserunt in abbatis et conventus et monasterium predictorum iniuriam manifestam et non modicum[c] dampnum, preiudicium et gravamen. Quare predicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut milites et alios supradictos ad satisfactionem abbati et conventui ac monasterii supradictis de huiusmodi iniuriis dampnis et gravaminibus[c] plenam et debitam in excessu pena gastigari debita faceremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) *am Rand* at(tende) b) *statt* exstirpare c) *am Rand* at(tende)

1 *Da es sich hier um ein immediates Kloster handelt, muss eine Ergänzung folgendermaßen lauten: „ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis". Für eine Übersicht über immediate Einrichtungen vgl. P. FABRE / L. DUCHESNE, edd., Le Liber censuum de l'Église Romaine, 2 Bde., Paris 1905.*

162. Pro eo, qui per vim et metum renuntiavit plebi quam episcopus postea contulit alteri.

Sua[a] nobis .. plebanus plebis sancti .. de .. .. diocesis petitione monstravit, quod .. de .. laicus eiusdem diocesis ad domum ipsius plebani accedens hostiliter sibi mortis periculum comminantes[b] demum compulerunt[b] eum plebi renuntiare predicte per vim et metum, qui cadere poterant in constantem, et postmodum venerabilis frater noster .. episcopus .., S. presbiterum de .. dicte diocesis ad presentationem parrochianorum eiusdem plebis, ad quos de antiqua etc.[1] consuetudine presentatio plebani ad dictam plebem, cum vacat, pertinet de facto presumptam contra iustitiam instituit in eadem in ipsius P.[c] preiudicium
f. 24v et gravamen. Quare idem .. nobis humiliter supplicavit, ut, cum | ea, que vi metusve causa fiunt, carere debeant robore firmitatis, dictum presbiterum a prefata plebe amoveri ac ipsum ad eam resti[tuere][d] per discretum aliquem faceremus. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum fuerit etc.

a) *am Rand ein Kreuz* b) *hier irrtümlich Plural* c) *wohl statt* plebani
d) *nur noch* resti- per *zu lesen, dazwischen Fleck auf dem Pergament*

1 *Nach Nr. 168 zu ergänzen.*

## 163. Pro spoliato a preposito sue ecclesie.

Sua nobis I. de .. clericus ecclesie .. petitione monstravit, quod .. prepositus eiusdem ecclesie .. diocesis ipsum loco et perpetuo beneficio, quod in eadem ecclesia de mandato bone memorie .. pape, predecessoris nostri, canonice fuerat assecutus et aliquamdiu possederat sine lite, contra iustitiam spoliavit. Cum igitur spoliatis iniuste sit restitutionis beneficio succurrendum, – mandamus, quatinus eodem clerico, sicut iustum fuerit, restituto audias causam etc.[1]

[1] *Wohl nach HERDE, Audientia 2,675 QV 400a zu ergänzen: „et appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes etc. Dat. etc.“*

## 164. Contra clericum intrudentem se et occupantem prioratum noctis tempore.

Conquestus est nobis frater .. de .., prior prioratus de .. ordinis sancti .., quod .. de .. clericus .. diocesis ad prioratum eundem accedens noctis tempore cum multitudine armatorum fractis hostiis ecclesie ac domus prioratus ipsius dictum priorem ab eodem prioratu, quam idem prior canonice fuerat assecutus diuque possederat et tunc etiam possidebat pacifice et quiete, se intrudens illum detinet occupatum in anime sue periculum dictique prioris non modicum detrimentum. Cum igitur spoliatis iniuste etc.[1] – mandamus, quatinus partibus convocatis dictoque priore prius, sicut iustum fuerit, restituto audias causam et appellatione remota debito fine decidas faciens etc. Testes etc.

[1] *Nach Nr. 163 zu ergänzen.*

## 165. Super eodem pro rectore contra clericum.[1]

Conquestus est nobis .. rector ecclesie de .., quod .. de .. clericus .. diocesis ipsum eadem ecclesia, quam canonice fuerat assecutus et aliquamdiu possederat sine lite, contra iustitiam spoliavit. Cum igitur spoliatis etc.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,675 QV 400a.*
[2] *Nach Nr. 163 zu ergänzen.*

### 166. Super eodem pro clerico contra episcopum.[1]

Conquestus est nobis[a] clericus ecclesie de .., quod venerabilis frater noster .. episcopus .. ipsum perpetuo beneficio, quod in eadem ecclesia, quam canonice fuerat assecutus et aliquamdiu possederat sine lite, contra iustitiam spolians illud .. de .. clerico contulit pro sue libito voluntatis. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *zwei Punkte zu ergänzen*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,244f. K 96.*

### 167. Super eodem pro clerico contra privantem eum iniuste.

Sua nobis .. de .. clericus ecclesie de .. petitione monstravit, quod .. de .. ipsum non monitum nec citatum nec se per contumaciam absentatem,[a] non convictum de aliquo crimine vel confessum loco et perpetuo beneficio sua,[b] que in dicta
f. 25r ecclesia fuerat canonice assecutus, sine causa rationabili de facto, cum de iure[c] | non posset, propria auctoritate privavit, propter quod dictus .. ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum fuerit etc.[1]

a) *statt* absentantem *Hs.* b) *statt* suo c) non posset *zusätzlich als Reklamant*

1 *Eine Notula des Formularium audientie schreibt vor, dass die Testes-Klausel entfällt, wenn die Formel den Passus „non convictum de aliquo crimine vel confessum" beinhaltet. Vgl.* HERDE, *Audientia 2,67 N 62 Zusatz c'.*

### 168. Pro presentato a patrono contra provisum per subdelegatum.[1]

Sua nobis .. de .. clericus petitione monstravit, quod, cum[a] ad vacantem ecclesiam de ..[b] diocesis ab .. abbatissa monasterii de .. dicte diocesis, vera patrona ipsius ecclesie, .. archidiacono loci et postmodum ab archidiacono predicto, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine representatio rectoris eiusdem ecclesie pertinet, ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum, loci diocesanum, fuisset canonice presentatus, F. prepositus ecclesie de .. dicte diocesis asserens se G. clerico prefate diocesis

executorem a dilecto filio nostro P. sancti .. diacono cardinali tunc in partibus illis apostolice sedis legato deputatum[2] super provisione dicto .. facienda et, quod[c] dicta vacabat ecclesia, ei de ipsa dicto .. non monito nec citato nec se per contumaciam absentante[d] de facto, cum de iure non posset, providit, propter quod dictus .., quamcito id ad eius pervenit notitiam, ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] ipse *zu ergänzen* [b)] *weitere zwei Punkte zu ergänzen* [c)] *statt* quia
[d)] *aus* absentantem *korrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,317f. K 175.*
[2] *Nicht identifiziert.*

## 169. Pro privato auctoritate metropolitanus loci.[1]

Sua nobis R. rector ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum I. de .. clericus .. diocesis asserens dictum rectorem eandem ecclesiam curam animarum habentem cum quibusdam aliis beneficiis similem curam habentibus sine dispensatione sedis apostolice contra statuta concilii generalis[2] detinere eum, ut dicebat, auctoritate venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi .., loci metropolitani, ad quem etc. usque[3] consuetudine in civitate et diocesi .. sede vacante, que tunc vacabat, episcopalis iurisdictio pertinere dinoscitur, non monitum non citatum nec confessum nec se per contumaciam absentantem decrevit privandum fore ecclesia supradicta, propter quod idem rector ad nos vocem appellationis emisit. – mandamus, quatinus, vocatis etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel in der Handschrift Trier, Stadtbibliothek Nr. 859/1097 Nr. 394, unten S. 350.*
[2] *c. 13 Conc. Lat. III = X 3.4.3.*
[3] *Nach Nr. 168 zu ergänzen.*

## 170. Pro presentato a patrono contra provisum in forma pauperum.[1]

Sua nobis I. de .. clericus petitione monstravit, quod, cum ipse ad vacantem ecclesiam de .. a vero patrono ipsius ecclesie venerabili fratri nostro .. episcopo[a] ..,[b] loci diocesano, fuisset canonice presentatus, .. prior asserens,

quod nos eidem episcopo per nostras mandavimus litteras, ut .. de .., pauperi clerico eiusdem diocesis, de aliquo beneficio ecclesiastico ad cuiuscunque
f. 25v collationem spectante, | etiam si curam animarum haberet, in civitate vel diocesi .., si quod tunc vacabat ibidem vel quamcito se facultas offerret, per se vel alium provideret, contradictores etc., quodque idem episcopus super hoc commiserit totaliter vices suas, ecclesiam ipsam postmodum eidem .., quamquam in ea nullum ius per inhibitionem vel alias ei ante institutionem huiusmodi acquisitum[c] contra iustitiam contulit auctoritate huiusmodi litterarum in eiusdem .. preiudicium et gravamen, propter quod prefatus .. quamcito ad eius pervenit notitiam, ad nostram duxit audientiam appellandum. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *am Rand* at(tende)   b) .. *nachgetragen*   c) *am Rand* at(tende)

1 *Vgl. eine ähnliche Formel in der Handschrift Trier, Stadtbibliothek Nr. 859/1097 Nr. 378.*

### 171. Pro spoliato ab episcopo, qui beneficium alteri contulerat.

Sua nobis dilectus filius .. N. canonicus ecclesie .. conquestione monstravit, quod venerabilis frater noster .. episcopus .. eum canonicatu et prebenda suis .. ecclesie, quos pacifice diu possederat sine lite, contra iustitiam spolians ipsos B. de .. clerico .. diocesis de facto contulit pro sue libito voluntatis, in dicti N. preiudicium et gravamen. Quare idem N. nobis humiliter supplicavit, ut huiusmodi collationem factam taliter memorato clerico nullam penitus nuntiari ac eundem .. in corporalem possessionem dictorum canonicatui et prebende induci et inductum defendi amoto ab eis prefato clerico et quolibet alio illicito detentore per discretum aliquem faceremus. – mandamus, quatinus vocatis etc.

### 172. Pro rectore contra presbiterum, qui se fecit per patronum falso ad ecclesiam presentari.

Sua nobis .. rector ecclesie .. .. diocesis petitione monstravit, quod .. de .. presbiter .. diocesis ad capellam de .. dicte diocesis ab eadem ecclesia dependentem per .. de .. .. diocesis, qui falso ipsius capelle asserit se patronum, venerabili fratri nostro .. episcopo .. presentari et per eundem episcopum in

eadem capella institui procuravit de facto, cum de iure fieri nequivisset, et nichilominus huiusmodi presentationis et institutionis pretextu dictam capellam detinet occupatam in ipsius rectoris preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

### 173. Pro abbate et conventu contra monachum, qui abbatiam occupavit.

Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii sancti .. ..[a] diocesis conquestione monstrarunt, quod, licet ipse .. ad abbatiam ipsius monasterii tunc vacantem canonice electus fuerit et in ea legitime institutus eamque diu possederit pacifice et quiete, nichilominus tamen N. monachus olim monasterii de .. eiusdem ordinis .. diocesis ad idem monasterium sancti .. associata sibi multitudine armatorum accedens abbatiam eorum contra iustitiam occupavit et detinet occupatam in eius preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus, si
f. 26r est ita, dictum monachum, quod abbatiam | ipsam eidem abbati omnino dimittat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compellas. Datum etc.

a) *am Rand* at(tende)

### 174. Pro priorissa contra monialem inobedientem et rebellem administrantem.

Sua nobis .. priorissa monasterii de .. per priorissam etc.[1] ordinis sancti .. conquestione monstravit, quod G. de .. monialis eiusdem monasterii .. diocesis non solum ei obedientiam et reverentiam debitam denegat contra iustitiam exhibere, verum etiam contra ipsam spiritu rebellionis assumpto laicali fulta potentia administrationi predicti monasterii temere se ingerere non veretur in anime sue periculum, plurimorum scandalum, dicti monasterii et eiusdem priorisse preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus, si est ita, predictam .., quod ab huiusmodi[a] omnino desistat ac eidem priorisse[b] obedientiam et reverentiam exhibeat, ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Datum etc.

[a)] rebellione *zu ergänzen* [b)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. Nr. 23.*

175.[a]

Sua nobis R. canonicus ecclesie de .. conquestione monstravit, quod, cum idem de mandato sedis apostolice a maiori et saniori parte capituli eiusdem ecclesie in fratrem et canonicum sit receptus, magister .. et quidam alii ipsius ecclesie canonici institutioni sue contra iustitiam se opponunt. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum fuerit etc.

[a)] *Überschrift fehlt*

176. Pro canonico contra eos, qui se opponunt receptioni sue.

In eodem modo pro eodem, quod, cum capellam sancti .. in ecclesia ipsa vacaret, capitulum ipsius ecclesie, ad quos ipsius capellanie collatio pertinet, eodem .. irrequisito penitus et contempto, qui requiri comode[a] poterat et debebat, capellaniam ipsam I. de .. clerico contulerunt in ipsius canonici preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus, partibus convocatis etc. canonico fine etc., faciens etc. Testes etc.

[a)] *statt* commode

177. Pro eodem contra capitulum dividens eo inscio redditus ecclesie.

Conquestus est nobis .. canonicus ecclesie .., quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis ipso contempto et irrequisito, qui requiri commode poterat et de iure debebat, omnes redditus dicte ecclesie inter se dividere presumpserunt in eiusdem .. preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

### 178. Pro clerico contra rectorem, qui eum recepit nec portionem assignat, sed eo contempto portionem distinxit.

Sua nobis L. de .. clericus ecclesie .. .. diocesis conquestione monstravit, quod, licet .. rector et clerici eiusdem ecclesie ipsum in ea, in qua clericorum receptio ad ipsos pertinet et in qua tunc certus non erat clericorum numerus nec distinctio portionum, voluntate unanimi recepissent in canonicum et in fratrem, sibi tamen providere de communibus ecclesie predicte proventibus sicut uni ex
f. 26v aliis eiusdem ecclesie clericis | non curarunt, quinpotius postmodum eo contempto et irrequisito, qui requiri commode poterat et de iure debebat, fecierunt distinctionem portionum proventuum ipsius in ecclesia supradicta. Quare idem clericus nobis humiliter supplicavit, ut eidem in prefata ecclesia personaliter residenti sicut uni ex aliis clericis dicte ecclesie ibidem residentibus assignari contingentem ipsum portionem huiusmodi mandaremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

### 179. Pro canonico contra capitulum non exhibens partem ei contingentem.

In eodem modo pro B. canonico ecclesie .., quod capitulum dicte ecclesie partem quarundam cotidianarum distributionum ipsum, qui in eadem ecclesia[a] prebendam canonice est adeptus, de iure contingentem sibi in eadem ecclesia personaliter residenti contra iustitiam denegant exhibere in ipsius canonici preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a] *durch Umsetzungszeichen aus* ecclesia eadem *korrigiert*

### 180. Pro clerico contra decanum et capitulum, qui subtraxerunt sibi redditus prebende sue.

In eodem modo pro B. de .. clerico ecclesie de .., quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie redditus et proventus prebende sue ipsius ecclesie sibi per decennium et amplius subtraxerunt. Quare dictus .. nobis humiliter supplicavit, ut eosdem decanum et capitulum, quod eidem .. de huiusmodi subtractis fructibus et proventibus plenam et debitam satisfactionem impendant, compelli

per discretum aliquem faceremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

### 181. Contra pauciores canonicos, qui impediunt prebendam recepto a maiori parte.

Sua nobis .. canonicus ecclesie de .. .. diocesis petitione monstravit, quod, licet maior et sanior pars capituli ipsius ecclesie, in qua ad idem capitulum receptio canonicorum et collatio prebendarum in eadem ecclesia pertinent, quandam prebendam per mortem quondam .. eiusdem ecclesie canonici tunc vacantem in eadem ecclesia nulli alii de iure debitam sibi canonice contulissent eumque ad eam recepissent in canonicum[a] et in fratrem, tamen .. et .. memorate ecclesie canonici merito pauciores predictum .., quominus prebendam ipsam assequi rite valeat, impediunt ac eum ad ipsam recipere denegant minus iuste, quamquam nichil super hoc proponant rationabile contra eum. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *am Rand wohl* attende minor.

### 182. Pro presentato et recepto contra eum, qui se fecit violenter intrudi in beneficio.

Conquestus est nobis F. rector ecclesie de .., quod, cum ipse ab .. abbate et conventu monasterii .. ..[a] ordinis .. fuerit ad eandem ecclesiam, prout pertinebat ad eos, venerabili fratri nostro .. episcopo .., loci diocesano, canonice
f. 27r presentatus et presentationem huiusmodi dictus episcopus | confirmaverit, S. de .. presbiter in ecclesia ipsa per .. et .. milites se procuravit intrudi in anime sue periculum et eiusdem rectoris non modicum detrimentum. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *zweite Reverenzpunkte durch waagrechten Strich getilgt*

### 183. Pro adepto ecclesiam auctoritate apostolica contra occupantem ecclesiam et detinentem illam.

Dilectus filius magister N. de .. scriptor noster,[1] rector ecclesie .., nobis exposuit conquerendo, quod, cum ipse dictam ecclesiam auctoritate nostra canonice sit adeptus, G. de .. plebanus .. .. diocesis dictam ecclesiam occupatam contra iustitiam detinet in eius preiudicium et gravamen. Ne igitur dictus magister N. nostre gratie fraudetur effectum, mandamus, quatinus, si premissis veritas suffragatur, nominato G. et quolibet alio illicito detentore ab ecclesia memorata remoto dictum magistrum auctoritate nostra in corporalem possessionem ipsius ecclesie inducentes faciatis ipsum pacifica eiusdem ecclesie possessione gaudere, contradictores etc. Testes etc.

[1] *Nachweisbar ist: Nantelminus, scriptor et primicerius pape. Nachweis: Les registres de Grégoire X, Nr. 21. G. F. NÜSKE, Untersuchungen über das Personal der päpstlichen Kanzlei 1254-1304, in: AD 21 (1975), 322. Es könnte sich aber auch um einen anderen Skriptor mit der Sigle N. handeln, vgl. NÜSKE 314ff.*

### 184. Pro proviso contra eum, qui se dicit similiter provisum.

Sua nobis I. de .. clericus conquestione monstravit, quod, cum ecclesia .. .. diocesis per mortem quondam R. rectoris eiusdem ecclesie vacavisset, venerabilis frater noster .. episcopus .., loci diocesanus, prout spectabat ad ipsum, dicto clerico canonice contulit et ipsum instituit in eadem, sed magister H. de .. clericus .. diocesis falso asserens dictam ecclesiam sibi prius per dictum episcopum canonice fuisse collatam, ipsam cum quadam alia ecclesia curam animarum habente, quam postmodum est adeptus, sine dispensatione sedis apostolice detinere presumit in dicti I. preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

### 185. Pro instituto in ecclesia contra eos, qui eum non permittunt ecclesiam pacifica possessione gaudere.

Sua nobis L. de .. presbiter rector ecclesie sancti .. et sancti .. de .. ecclesiarum, quarum due dependent a tertia, petitione monstravit, quod, cum ipse ad ecclesias easdem vacantes a veris patronis ecclesiarum ipsarum venerabili fratri nostro .. episcopo .., loci diocesano, fuerit legitime presentatus et per eum

in eisdem ecclesiis canonice institutus, P. et G. et .. de .. et alii parrochiani ecclesiarum predictarum .. diocesis presbiterum ipsum dictas ecclesias possidere pacifice non permittunt in ipsius presbiteri preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

### 186. Pro privato ab episcopo.

Sua nobis I. de .. rector ecclesie .. diocesis conquestione monstravit, quod venerabilis frater noster .. episcopus .. ipsum eadem ecclesia, quam canonice
f. 27v obtinebat, sine causa rationabili | privavit motu proprie[a] voluntatis, propter, quod dictus rector ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) *statt* proprio

### 187. Pro comite contra clericos uxoratos non exhibentes consueta servitia.[1]

Sua nobis dilectus filius nobilis vir .. comes conquestione monstravit, quod nonnulli clerici comitatus sui in minoribus ordinibus constituti, licet uxores habeant et negotiationes passim exerceant laicales, debita tamen et consueta servitia pretextu tonsure, quam deferent, clericalis contra iustitiam denegant exhibere. – mandamus, quatinus partibus convocatis.

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,260 K 110.*

### 188. Pro fideiussore, quod servetur indempnis.[1]

Conquestus est nobis .. de .. clericus, quod, cum G. de .. clericus .. diocesis quandam recepisset[a] ab I. de .. laico mutuo pecunie quantitatem, et eodem promittente pro eo super hoc eum servare indempnem decretales suas pro dicta quantitate pecunie pignori obligasset, idem G. ipsum indempnem, ut tenetur, servare recusat. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,261 K 111.*

### 189. In eodem modo pro portionario contra archidiaconum et canonicum.

In eodem modo pro .. portionario ecclesie de .., quod, cum ipse pro P. archidiacono de .. et N. canonico .. studentibus Bononie[1] ac renuntiantibus constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali[2] necnon promittentibus super hoc eum servare indempnem penes quosdam mercatores Bononien. in certa pecunie summa, quam archidiaconus et canonicus supradicti communiter mutuo receperunt, mercatoribus ipsis fideiusserit, supradictus P. mercatoribus ipsis de huiusmodi[a] pecunia eisdem archidiacono et canonico in solutione ipsius cessantibus loco et termino constitutis satisfacere est coactus dictique archidiaconus et canonicus ipsum super hoc denegant servare indempnem. – mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota non obstante constitutione predicta debito fine[b] decidas etc. Testes etc.

a) *am Rand* at(tende)   b) *üblicherweise* fine debito

[1] *Bologna.*
[2] *Es handelt sich hier um die so genannte Constitutio de duabus dietis (c. 37 Conc. Lat. IV = X 1.3.28).*

### 190. In eodem modo pro episcopo, cuius predecessor fideiusserit pro alio episcopo.

In eodem modo pro venerabili fratre nostro .. episcopo .., quod, cum bone memorie G. predecessor suus pro venerabili fratre nostro .. episcopo .. fideiusserit quibusdam mercatoribus Roman.[a] [1] in quadam pecunie summa et se principalem constituerit debitorem, dictus episcopus ei de pecunia ipsa, quam dictus predecessor eo in ipsa solutione cessante dictis mercatoribus coactus est solvere satisfacere indebite contradicunt.

a) *am Rand* at(tende)

[1] *Rom.*

### 191. In eodem modo pro canonico contra alium canonicum.

In eodem modo pro L. de .. canonico ecclesie de .. .. diocesis, quod, licet ipse
f. 28r pro magistro | N. canonico ecclesie .. penes B. canonicum ecclesie .. de .. diocesis in quadam pecunie summa, quam dictus N. ab eodem B. recepit mutuo, se fideiussorio nomine obligasset dictusque N. promisisset se prefato B. pecuniam ipsam certis loco et termino soluturum et eodem N. in ipsius solutione pecunie cessante idem L. dicto B. dictam pecuniam solvere sit coactus, idem tamen N. eum super hoc servare indempnem denegat minus iuste. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

### 192. Contra presbiterum revelantem confessionem.[1]

Conquesta est nobis .. mulier de .., quod .. de .. presbiter .. diocesis commissa, que in penitentiali iudicio detegit eidem, non metuit revelare. – mandamus, quatinus inquisita super hoc diligentius veritate, si tibi constiterit ita esse, contra dictum presbiterum procedas iuxta statuta concilii generalis.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,261f. K 112.*
[2] *c. 21 Conc. Lat. IV = X 5.38.12.*

### 193. Contra construentem post denuntiationem novi operis.[1]

In eodem modo pro .. rectore[a] ecclesie de .., quod .. de .. presbiter .. diocesis quasdam domos post denuntiationem novi operis temeritate propria in cimiterio ipsius ecclesie construxit et adhuc construere non veretur in eiusdem ecclesie preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a] *statt* rector

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,262 K 113.*

### 194. Super eodem et quod contra inhibitionem confessionem audit infra fines alterius parrochie.[1]

In eodem modo pro L. de .. rectore de .., quod .. de .. presbiter .. diocesis domos et officinas pro habitatione sua infra fines parrochie ipsius ecclesie post denuntiationem novi operis construere inceperunt[a] et nichilominus per confessiones parrochianorum predicte ecclesie contra inhibitionem eiusdem rectoris, quamvis ei hoc non liceat, audiat et ministrat ecclesiastica sacramenta in eorum et predicte ecclesie preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) *statt* incepit

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,263f. K 114.*

### 195. Contra fratres Minores construentes in fundo episcopi.

In eodem modo pro venerabili fratre nostro .. episcopo .., quod guardianus et fratres Minores de .. .. diocesis in fundo sedis eiusdem quoddam cimiterium de novo temeritate propria construere inceperunt in ipsius sedis et episcopi preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

### 196. Contra eum, qui defunctum patitur et nichilominus presumit vicariam[a] tenere.

In eodem modo pro .. rectore ecclesie de .., quod, cum .. de .. presbiter .. diocesis defectum natalium[b] patiatur, idem perpetuam vicariam ipsius ecclesie presumit nichilominus sine dispensatione sedis apostolice retinere in eius preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

a) r *korrigiert* b) *am Rand* at(tende)

### 197. Contra eum, qui presumit sepelire eum, qui alibi elegerat sepulturam.[1]

In eodem modo pro .. abbatissa et conventu monasterii de .., quod .. rector

f. 28v ecclesie de .. | .. diocesis corpus quondam G. de .. .. diocesis, qui apud ipsorum monasterium sepulturam elegerat, ipsis renitentibus et invitis in eadem ecclesia sepeliri presumit in earundem abbatisse et conventus preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,264 K 115.*

## 198. Contra rectorem, qui corpora parrochianorum alterius ecclesie et portionem receptam non exhibet.[1]

In eodem modo pro .. priore et capitulo de .., quod .. rector ecclesie de .. .. diocesis quondam A. et quorundam parrochianorum ipsius[a] corpora in suo cimiterio[b] tradidit ecclesiastice sepulture, de bonis, que ratione ipsorum corporum recipit,[c] portionem ipsis priori et capitulo debitam contra iustitiam denegat exhibere. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] ecclesie *zu ergänzen* [b)] it *auf Beginn einer größeren Rasur*
[c)] t *auf Rasur*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,265 K 116.*

## 199. Contra,[a] qui extraxit de cimiterio ecclesiastice corpora defunctorum.[1]

In eodem modo pro .. preceptore et fratribus domus militie templi[2] de .., quod prior et clerici ecclesie de .. ac .. rector ecclesie de .. .. diocesis corpora quorundam parrochianorum defunctorum, qui apud ipsorum domum elegerant sepulturam, de cimiterio dicte domus extrahere presumpserunt in dictorum preceptoris et[b] domus preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus etc.

[a)] eum *zu ergänzen* [b)] preceptoris et *auf Rasur*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,267 K 117.*
[2] *Templerorden.*

## 200. Contra recipientes parrochianos alterius ad divina et eis exhibet[a] ecclesiastica sacramenta.[1]

Conquestus est nobis .. rector ecclesie de .., quod .. de .. et .. de .. ecclesiarum rectores .. diocesis parrochianos suos dicte ecclesie recipiunt temere ad divina et eis exhibent ecclesiastica sacramenta in prefati rectoris preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a] *statt* exhibent

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,274 K 122.*

## 201. Contra parrochianos, qui in alienis ecclesiis audiunt verbum dei etc.[1]

Dilecte in Christo filie .. abbatissa et conventus monasterii sancti .. de .. ordinis .. .. diocesis nobis conquerendo monstrarunt, quod .. et .. de .. laici ..[a] diocesis ad ecclesiam dicti monasterii, cuius dicti laici parrochiani existunt, accedere ac ibidem, ut tenentur, ecclesiastica sacramenta recipere necnon divinum verbum audire propria temeritate contempnunt facientes sibi per alios in alienis ecclesiis divina[b] temere celebrari in earundem abbatisse et conventus ac dicti monasterii preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a] *.. nachgetragen* [b] officia *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,274f. K 123.*

## 202. Contra sepelientes defunctos alterius.[1]

In eodem modo pro .. abbate et conventu monasterii de .., quod, licet corpora mortuorum hominum de .., cum decedunt, apud ipsum[a] locum consueverint sepeliri, tamen .. archidiaconus et clerici castrorum et locorum ipsorum corpora et quorundam dictorum locorum in capellis, que hactenus cimiteria abusive habuisse noscuntur, sepelire presumunt in eorundem abbatis et conventus preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus[b] partibus convocatis etc.

[a)] *statt* ipsorum [b)] *auf Rasur*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,268f. K 118.*

## 203. Contra eum, qui, ut tenetur, non prestat patrocinium in causis.[1]

f. 29r Conquesti sunt nobis .. abbas et conventus | monasterii de .., quod, cum magister P. de .. clericus .. diocesis eorum causas defendere et contra ipsos in causis non exhibere patrocinium, quoad vixerit, iuramento prestito teneatur,[a] propter quod quandam ab eis recepit pecunie quantitatem, tamen proprie salutis oblitus in quibusdam causis contra eos et eorum ecclesias exhibere adversariis patrocinium non veretur in anime sue periculum, plurimorum scandalum et dictorum abbatis et conventus preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,281 K 130. „patrocinium" steht hier in der Bedeutung „Verteidigung, Vertretung vor Gericht". Zu „patronus" in der Bedeutung „Verteidiger" vgl. P.* GILLET, *Avocat, in: DDC 1,1524f.*

## 204. Contra eum, qui non facit celebrari in capella, pro qua recepit portiones.[1]

Sua nobis universitas hominum ville de .. conquestione monstrarunt, quod, licet .. perpetuus vicarius ecclesie de .. .. diocesis in capella ipsius ville assignatis ei propter hoc certis portionibus teneatur per proprium sacerdotem facere eis divina officia celebrari, tamen idem vicarius id efficere indebite contradicit, quamquam dictarum portionum percipiat cum integritate proventus, in dictorum hominum preiudicium et gravamen. Quare dicta universitas nobis humiliter supplicavit, ut predictum vicarium ad celebrandum huiusmodi divina[a] in eadem ecclesia, ut tenetur, vel ad dimittendum possessiones huiusmodi compelli per discretum aliquem faceremus. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] officia *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,275f. K 124.*

### 205. Super eodem contra rectorem.[1]

In eodem modo pro ..[a] clerico, quod, licet .. rector ecclesie de .. .. diocesis in quadam capella sita in manerio ipsius clerici[b] ter in edomeda[c] assignatis sibi super hoc certis possessionibus teneatur missarum solennia et alia divina officia celebrare, dictus tamen rector etc. ut supra verbis competenter mutatis.[2]

a) *.. nachgetragen* b) *folgt Rasur, durch einen Strich ausgefüllt*
c) *statt* ebdomada

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,278f. K 127.*
[2] *Nach Nr. 204 zu ergänzen.*

### 206. Pro deceptis ultra dimidiam iusti pretii.

Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de .. conquestione monstrarunt, quod ipsi necessitate coacti .. canonico ecclesie de .. et .. de .. laico et quibusdam aliis clericis et laicis .. diocesis quasdam mensuras frumenti in bonis eiusdem monasterii percipiendis usque ad tempus non modicum annuatim pro quadam vendiderunt pecunie quantitate, in quarum venditione ultra dimidiam iusti pretii asserunt se deceptos. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut, cum iidem abbas et conventus parati sint restituere pecuniam memoratam, dictam venditionem rescindi vel suppleri, quod de iusto pretio tempore venditionis defuit, mandaremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

### 207. Super eodem.

In eodem modo pro eisdem, quod, cum ipsi olim necessitate coacti fructus cuiusdam prati eorum usque ad certum tempus .. de .. clerico pro certa
f. 29v quantitate pecunie | vendiderunt, in cuius venditione ultra dimidii[a] iusti pretii asserunt se deceptos. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut eundem clericum ad rescindendum huiusmodi venditionem vel suplendum,[b] quod deerat de iusto pretio eiusdem venditionis tempore, compelli

per discretum aliquem faceremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a)] *statt* dimidiam [b)] *statt* supplendum

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,173 K 45.*

## 208. Pro minori et decepto ut supra.

Ad audientiam nostram pervenit, quod .. de .. clericus .. diocesis olim in minoribus constitutus ordinibus et etate quasdam vineam, domum et res alias R. fratri suo ac .. uxori eiusdem per dolum et fraudem ipsorum vendere et extorto[a] ab eodem de non repetendis nichilominus predictis iuramento. Verum cum idem clericus in huiusmodi venditione in dimidia iusti pretii, sicut asserit, sit deceptus, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna solicitudine[b] curaremus. – mandamus, quatinus, si est,[c] dictos R. et uxorem attentius moneas et inducas, ut relaxent huiusmodi iuramentum et vineam, domum et res alias predictas restituant clerico supradicto, recepto ab eo pretio, pro quo res fuerunt vendite supradicte, vel saltem supleant,[d] quantum constiterit legitime de iusto pretio venditionis tempore defuisse, alioquin ad id eos per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.

[a)] *am Rand* at(tende) [b)] *statt* sollicitudine [c)] ita *zu ergänzen*
[d)] *statt* suppleant

## 209. Pro eo, contra quem officialis de facto excommunicationis sententiam promulgavit.[1]

Sua nobis nobilis vir .. de .. petitione monstravit, quod .. officialis Turonen.[2] ad instantiam .. decani et capituli Turonen. in eum non monitum nec citatum sine causa rationabili de facto excommunicationis et in terram suam interdicti sententias[a] promulgavit.[3] – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.[4]

[a)] *doppelt*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,282 K 131 u. 540 Q 16,1.*

[2] *Tours (Indre-et-Loire).*
[3] *Hier liegt wohl ein Verstoß gegen c. 6 Conc. Lat. III = X 2.28.26 und c. 47 Conc. Lat. IV = X 5.39.48 vor.*
[4] *Da dieses Beispiel weder eine Bestätigung (vgl. Nr. 85.18) noch einen Widerruf eines Exkommunikationsurteils, sondern eine Untersuchung der Rechtsgültigkeit eines Exkommunikationsurteils behandelt, muss die Testes-Klausel folgen. Vgl.* HERDE, *Zeugenzwang 278f. (nach N 62,20);* DERS., *Audientia 1,230; 2,540 Anm. 2.*

## 210. In eodem modo pro clerico contra eum, qui nullam habebat iurisdictionem.[1]

In eodem modo pro .. de .. clerico, quod .. prior de .. .. diocesis in eum, in quem nullam habebat iurisdictionem ordinariam vel etiam delegatam, temeritate propria excommunicationis sententiam promulgavit, vel in ipsum usque delegatam, ad instantiam .. de .. laici excommunicationis de facto sententiam promulgavit. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,282 K 132 u. 540f. Q 16,2.*

## 211. Contra eum, qui supposuit villam ecclesiastico interdicto.[1]

In eodem modo pro S. de .. perpetuo vicario in ecclesia de .. et parrochianis ville loci eiusdem, quod venerabilis frater noster .. episcopus, loci diocesanus, et[a] officialis ipsius sine causa rationabili auctoritate propria ipsis non monitis nec citatis dictam villam supposuerunt ecclesiastico interdicto, propter quod ex parte ipsorum ad nostram extitit audientiam appellatum. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.
Contra[b] statuta concilii generalis[2]

a) *zwei Punkte zu ergänzen* b) *am Rand nachgetragen*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,293f. K 148 u. 541 Q 16,3.*
[2] *c. 47 Conc. Lat. IV = X 5.39.48. Vgl. auch c. 6 Conc. Lat. III = X 2.28.26.*

f. 30r

### 212. Ut officialis relaxet sententiam, quam incompe|tenter tulit, et procedat etc. Alioquin mandatur alteri, ut recepta ab excommunicato cautione sententiam etc.[1]

.. officiali .. Sua nobis .. archipresbiter de .. petitione monstravit, quod, cum .. de .. laicus .. diocesis super terris et rebus aliis ipsum coram te auctoritate apostolica traxisset in causam, tum[a] in eum nulla competenti monitione premissa excommunicationis sententiam promulgasti contra statuta concilii generalis.[2] – mandamus, quatinus, si est ita, sententiam ipsam infra octo dies post receptionem presentium sine qualibet difficultate relaxes, in causa ipsa appellatione remota ratione previa processurus iuxta priorum continentiam litterarum, alioquin .. decano .. damus nostris litteris in mandatis, ut ipse extunc sufficienti ab eo super hiis, pro quibus excommunicatus habetur, cautione recepta sententiam iuxta formam ecclesie relaxet eandem et iniuncto ei, quod de iure fuerit iniungendum, in ea causa previa ratione procedat iuxta priorum earundem continentiam litterarum. Testes non.[3]

a) *statt* tu

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,544f. Q 16,7.*
2 *c. 47 Conc. Lat. IV = X 5.39.48.*
3 *Vgl. Nr. 85.17.*

### 213. Pro viro et uxore excommunicatis contra statuta etc.[1] cum clausula proviso.[2]

Sua nobis T. et P. de .. laici et .. uxor eius petitione monstrarunt, quod, cum R. de .. clericus .. diocesis asserens, quod dicti laici et uxor falso dicentes ipsum esse furti et aliis diversis criminibus irretitum, eum super hoc apud bonos et graves nequiter diffamarunt, propter quod incurrerat dampna gravia et expensas, ipsos communiter super hoc coram te auctoritate litterarum apostolicarum traxissent in causam, tu in eosdem laicos et uxorem nulla competenti monitione premissa sine causa rationabili excommunicationis sententiam promulgasti contra statuta concilii generalis.[3] – mandamus, quatinus, si est ita, sententiam ipsam etc. usque[4] relaxes, alioquin etc. usque[5] sententiam relaxet eandem et iniuncto ei etc.;[6] proviso[a] etc.,[7] ut, si pro

manifesta offensa dicta sententia sit prolata, nisi ab eodem excommunicato super hiis, pro quibus excommunicatus habetur, sufficiens prestetur emenda, nullatenus relaxetur.[8]

[a)] *am Rand zusätzlich* proviso .. *(Rubrik) und* at(tende)

[1] *c. 47 Conc. Lat. IV = X 5.39.48.*
[2] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,542 Q 16,5 u. 652f. QV 282a.*
[3] *c. 47 Conc. Lat. IV = X 5.39.48.*
[4] *Nach Nr. 212 zu ergänzen.*
[5] *Nach Nr. 212 zu ergänzen.*
[6] *Nach Nr. 212 zu ergänzen.*
[7] *Wohl „attentius" zu ergänzen. Vgl. J. TEIGE, Beiträge zur Geschichte der Audientia litterarum contradictarum, Prag 1897, 71.*
[8] *Die Testes-Klausel entfällt; vgl. Nr. 85.17.*

## 214. Super eodem scribendo alteri.

Sua nobis etc. ut supra usque concilii generalis[1] verbi competenter mutatis. Unde ipsi officiali nostris damus litteris in mandatis, ut, si est ita, etc. usque[2] litterarum. Quocirca – mandamus, quatinus, si dictus officialis huiusmodi mandatum nostrum infra prescriptum tempus neglexerit adimplere, tu extunc sufficienti ab eodem .. super hiis etc. usque[3] litterarum continentiam earundem. Proviso etc.[4] Testes etc.[5]

[1] *c. 47 Conc. Lat. IV = X 5.39.48.*
[2] *Nach Nr. 212 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 212 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 43 zu ergänzen.*
[5] *Die Testes-Klausel folgt nur bei einer Überprüfung des Exkommunikationsurteils, nicht bei einer Bestätigung und einem Widerruf (vgl. Nr. 85.17, 85.18).*

## 215. Ut exhibeantur fructus beneficii studere volenti.

f. 30v Episcopo .. Cum dilectus filius .. de .. canonicus ecclesie .. tue diocesis cupiat, sicut asserit, ad theologice facultatis studium se transferre, – mandamus, quatinus, si est ita docilis et habeat animum ad studendum, eidem huiusmodi studio insistenti redditos suos ecclesiasticos iuxta constitutionem a bone memorie H. pape,[a] predecessore nostro, super hoc editam,[1] facias[b] integre ministrari, contradictores etc.; proviso, quod beneficia ipsa debitis non

fraudentur obsequiis et animarum cura, si qua eis iminet, nullatenus negligatur. Vel:[c] proviso, ne in fraudem constitutionis ipsius aliquid attemptetur.[c]

[a)] *folgt Lücke* [b)] *am Rand* at(tende) [c-c)] *am Rand nachgetragen, Texthand, Texttinte*

[1] *Es handelt sich wohl um die Dekretale Honorius' III. X 5.5.5 (POTTHAST 6165). Vgl. dazu auch c. 18 Conc. Lat. III = X 5.5.1.*

## 216.

Nota,[a] quod, si aliquis volens studere in theologia, fuerit rector alicuius ecclesie vel decanus, prior vel aliqua similis persona personatum obtinens in ecclesia, adicietur post illa verba „proviso etc.“ „et quod interim dictus rector eidem ecclesie per ydoneum faciat vicarium deserviri“; si fuerit decanus, dicetur „faciat eidem ecclesie in decanatus officio per ydoneum vicarium etc.“ et sic de aliis personatibus et dignitatibus.[a]

[a-a)] *am Rand nachgetragen, Texthand, Texttinte*

## 217. Super eodem pro rectore.[1]

Volentes circa dilectum filium .., rectorem ecclesie de .., constitutionem editam in concilio Lugdunen. pro studentibus in scolis apud Romanam curiam[2] observari, – mandamus, quatinus eum pro rata temporis, quo se in scolis ipsis asserit studuisse, non permittas eum contra constitutionem eandem super redditibus suis indebite molestari, revocans nichilominus irritum, si quid est contra ipsum occasione predicta temere attemptatum, contradictores etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,74 π 2.*
[2] *VI 5.7.2. Diese Dekretale, gehört zu den Extravagantes der Sammlungen des ersten Konzils von Lyon (1245) vgl. S. KUTTNER, Die Konstitutionen des ersten allgemeinen Konzils von Lyon, in: Studia et documenta historiae et iuris 6 (1940), 86. Zur Überlieferung vgl. HERDE, Audientia 2,74 Anm. 1.*

## 218. Ut monachi inobedientes cogantur ad obedientiam.[1]

Sua nobis .. prior prioratus de .. petitione monstravit, quod .. et .. de .. et quidam alii ipsius monasterii monachi et conversi obedientiam et reverentiam sibi debitam contra iustitiam denegant exhibere. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos monachos et conversos, ut eidem priori obedientiam et reverentiam exhibeant, ut tenentur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,74 π 3.*

## 219.[1]

Nota, quod monachis contra abbatem et conventum non dantur iudices, qui inter eos possint aliquid iudicare, nisi forte super statu monasterii.

[1] *Vgl. ähnliche Notule im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,57 N 54a u. 74 π 3b. Der letzte Zusatz findet sich dort nicht mehr.*

## 220.[1]

Nota, quod, si episcopus conqueritur contra clericos suos, fit sic et concluditur.[2]

[1] *Vgl. ähnliche Notule im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,57 N 54b u. 74 π 3a.*
[2] *In diesem Fall muss die gewöhnliche, mit „partibus convocatis" gebildete Conclusio angewendet werden. Vgl. HERDE, Audientia 2,57 N 54b u. 74 π 3a.*

## 221. Contra electum, qui procurationes exigit indebite.[1]

Sua[a] nobis .. decanus ecclesie de .. petitione monstravit, quod dilectus filius .. electus Faventinus,[2] .. sancti .. et .. sancti[b] ecclesiarum rectores, quos[c] idem decanus ex dispensatione sedis apostolice obtinet in diocesi .., procurationes ratione visitationis, quamvis eos non visitet nec visitari faciat, ab eo contra iustitiam exigit et extorquet, et quia dictus decanus propter hoc ad sedem apostolicam appellavit, idem electus huiusmodi appellatione contempta dictas ecclesias temere supposuit ecclesiastico interdicto. – mandamus, quatinus partibus convocatis. Testes etc.

[a)] *am Rand* at(tende) [b)] *zwei Punkte zu ergänzen* [c)] *statt* quas

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* H*ERDE, Audientia 2,327f. K 185.*
[2] *Faenza.*

## 222.[a] Contra laicos,[b] qui utuntur in clericos potestate.

Sua nobis .. clericus de .. petitione monstravit, quod falso suggesto mendaciter .. potestati castri .. de .., quod idem clericus blasphemaverat maiestatem divinam, idem potestas non attendens, quod laicis in clericos et personas
f. 31r ecclesiasticas nulla est attributa potestas, ipsum propter hoc in quadam | pecunie summa solvenda communi castri predicti temere condempnavit et nichilominus de castro exbannivit eodem in ipsius clerici preiudicium et derogationem ecclesiastice libertatis. Quare nobis humiliter supplicavit, ut, cum ipse sit coram te iuri stare paratus, providere sibi in hac parte paterna sollicitudine curaremus. – mandamus, quatinus, si tibi constiterit ita esse, potestatem predictum, quod dictum clericum ab huiusmodi condempnationibus prorsus absolvat et de bannis huiusmodi extrahat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam previa ratione compellas proviso etc.

[a)] *am Rand, Texthand, Texttinte:* Aliter non fuit posita ita clausula „non attendens". Sed solum nos attendentes, quod laicis etc. [b)] *über der Zeile in grauer Tinte* a, *durch Zeichen eingefügt*

## 223. Ut recipiantur testes super iure monasterii, de quo non apparent instrumenta.[1]

Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de .. nobis humiliter supplicarunt, ut, cum super concessione quarundam decimarum canonice eis facta, quas se a prima ipsius monasterii fundatione sic obtinere proponunt, aliqua non appareant instrumenta et super eisdem decimis moveri sibi timeant imposterum questionem, ne pro defectu probationum ius suum deperire contingat, providere super hoc eidem monasterio paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque ipsorum abbatis et conventus supplicationibus inclinati – mandamus, quatinus testes, quos iidem abbas et conventus super premissis duxerint producendos, prudenter recipere ac diligenter examinare curetis et eorum dicta redigi faciatis in publica munimenta denuntiando illis, quorum interest, ut

huiusmodi testium receptioni, si velint, intersint et super denuntiatione sic facta confici faciatis publicum instrumentum.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,631f. Q 25,1.*

## 224. Pro eo, qui opposuit adversario sententiam excommunicationis nec fuit auditus.

Sua nobis P. de .. petitione monstravit, quod, cum I. clericus eum coram .. auctoritate litterarum sedis apostolice traxisset in causam, ex parte ipsius P. fuit coram eodem .. excipiendo propositum, quod, cum dictus I. tempore impetrationis litterarum huiusmodi maioris excommunicationis sententia a canone promulgata foret et adhuc esset astrictus pro eo, quod in .. de .. clericum manus ante impetrationem predictam iniecerat dei timore postposito temere violentas, prout erat secundum iuris exigentiam legitime probare paratus, respondere super premissis eidem presertim sic legato compelli non poterat nec[a] debebat, et quia eum recusavit audire, appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc. Testes etc.

[a)] *am Rand* at(tende)

## 225. Quod in causa procedat.[a]

Significavit nobis .. clericus, quod, cum ipse .. laicum .. diocesis super quibusdam terris et rebus aliis consistentibus in dicta diocesi, quas idem .. ad
f. 31v se iuri dominii vel quasi | spectare dicebat, coram .. officiali .., ad quem de antiqua etc. usque[1] cognitio in diocesi .. ratione terrarum ac rerum in eadem diocesi existentium pertinet, non ex delegatione apostolica traxisset in causam etc.[2]

[a)] *am Rand ein Kreuz.*

[1] *Nach Nr. 168 bzw. 385 oder 399 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 212 zu ergänzen.*

### 226. Contra eum, qui dimisit uxorem et adhesit concubine.[1]

Sua nobis E. de .. mulier conquestione monstravit, quod R. de .. laicus, vir suus, .. diocesis ea propria temeritate dimissa cuidam adultere impudenter adhesit. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum R., ut adultera ipsa dimissa nominatam E. uxorem suam recipiat et maritali, ut tenetur, affectione pertractet, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compellas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,302 K 157. Seit dem 4. Laterankonzil können Eheangelegenheiten ausschließliche an den zuständigen Diözesanbischof delegiert werden (c. 60 Conc. Lat. IV = X 5.31.12) (Vgl. Nr. 83). Vgl. T. H. KAY, Competence in Matrimonial Procedure, Washington 1929 (Canon Law Studies 53), 51ff.*

### 227. Pro muliere, que a viro dimittitur.[1]

Querelam B. de .. mulieris recepimus continentem, quod I. de .. laicus .. diocesis ea propria temeritate dimissa ipsam non curat maritali affectione tractare. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum I., ut predictam B. uxorem suam recipiat et eam, ut tenetur, maritali affectione pertractet, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compellas.

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,302f. K 158 u. K 159 Zusatz a.*

### 228. Super eodem sede episcopi vacante.

Querelam Agnetis de .. mulieris etc. ut supra proxima usque[1] tractare. Ideoque, cum sedis Pictaven.[2] vacat ad presens, fraternitati tue, qua fungimur, auctoritate mandamus etc. ut supra.[3]

[1] *Nach Nr. 227 zu ergänzen.*
[2] *Poitiers (Vienne). Zu den Sedisvakanzen vgl. GAMS 602; EUBEL 1,399.*
[3] *Nach Nr. 227 zu ergänzen.*

### 229. Pro viro contra uxorem, que ab eo divertit.[1]

Sua nobis N. de .. miles conquestione monstravit, quod A. de .. uxor eius .. diocesis ab eo propria temeritate divertens sibi coniugales affectus exhibere indebite contradicit. – mandamus, quatinus, si est ita, predictam A., quod ad eundem militem redeat et ei coniugales affectus exhibeat, ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compellas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,303 K 159.*

### 230. Super eodem, quando uxor dimittit virum.[1]

Querelam R. de .. laici accepimus continentem, quod B. uxore[a] sua .. diocesis eo propria temeritate dimisso ipsum non curat coniugali affectione tractare. – mandamus etc. usque[2] redeat et ipsum coniugali, ut tenetur, affectione pertractet etc.[3]

[a] *statt* uxor

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,303 K 159.*
[2] *Nach Nr. 229 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 229 zu ergänzen.*

### 231. Contra virum pro uxore, et scribitur alteri episcopo cum clausula „Cum autem".[1]

.. Episcopo Alatrin.[2] Maria de Anagnia[3] nobis conquerendo monstravit, quod P. vir suus, civis Anagninus, ab ea sine rationabili causa[a] recedens ipsam non curat etc. Cum autem dicta M., sicut asserit, propter potentiam dicti P. eum coram venerabili fratre nostro .. episcopo Anagnin., cui esset in isto casu
f. 32r scribendum, nequeat | convenire secure, – mandamus, quatinus, si est ita, prefatum P., ut dictam M. uxorem suam recipiat et eam maritali affectione pertractet, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.

[a] *durch Umsetzungszeichen aus* causa rationabili *korrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,298 K 151 Zusatz a. Die Notula Nr. 78 der Hs. Ottob. lat. 762 legt fest, dass die Klausel „Cum autem“ in Eheangelegenheiten nicht angewendet wird. Hier handelt es sich wohl um eine Ersatzklausel, wie sie auch in der Vulgataredaktion des Formularium audientie enthalten ist (vgl.* HERDE, *Audientia 2,32 N 4 Zusatz b). Sie regelt trotz der Nicht-Anwendung der Klausel „Cum autem“ die Vergabe von Delegationen in Eheangelegenheiten nach außerhalb der Diözese; die zweite Redaktion des Formularium audientie begründet die Nicht-Anwendung der Klausel „Cum autem“ mit dem stilus curie, der in diesem Fall über das Recht überwiegt. Vgl.* HERDE, *Audientia 1,194 mit Anm. 19; 2,32ff., vgl. auch 33f. N 6.*

[2] *Alatri (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*

[3] *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone). Nicht identifiziert.*

## 232. Contra patrem, qui se opponit, quod filia sua, que matrimonium contraxit, non[a] traducatur.[1]

P. de .. laicus nobis conquerendo monstravit, quod, licet ipse cum A. de .. muliere .. diocesis matrimonium legitime per verba contraxerit de presenti, tamen I. de .. laicus, pater mulieris eiusdem, quominus traducat eandem, temere se opponit contra iuramentum ab ipso prestitum veniendo. – mandamus, quatinus partibus convocatis, quod canonicum fuerit, statuatis. Datum etc.

a) *wäre zu tilgen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,299 K 153.*

## 233. Super eodem pro eodem contra filiam.[1]

In eodem modo pro eodem, quod, licet ipse cum A. de .. muliere .. diocesis matrimonium legitime per verba contraxerit de presenti, eadem tamen ab ipso non patitur se traduci, M. de .. laico et quibusdam aliis laicis eiusdem diocesis id temere presumentibus impedire. – mandamus, quatinus, si est ita, dictam A., ut se ab eodem P. traduci permittat, et alios, quod ab huiusmodi impedimento desistant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,300 K 155.*

### 234. Contra eum, qui matrimonio contraxit et non vult traducere.[1]

B. de .. mulier nobis conquerendo monstravit, quod, licet I. de .. laicus .. diocesis cum ipsa matrimonium per verba contraxerit de presenti, idem tamen I. eam non curat, ut tenetur, traducere in uxorem. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum I., ut eam traducere studeat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compellas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,301f. K 156.*

### 235. Contra virum, qui denegat uxori coniugalem affectum.[1]

E. de .. mulier conquerendo monstravit, quod I. de .. laicus, vir suus, .. diocesis affectum ei coniugalem denegat exhibere. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum I., ut eidem E., uxori sue, coniugalem affectum exhibeat, ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compellas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,304 K 160.*

### 236. Super eodem pro viro contra uxorem.

Conquestus est nobis G. de .. miles, quod F., eius uxor, .. diocesis ab ipso propria temeritate divertens ei coniugales affectus denegat contra iustitiam exhibere. Quocirca fraternitati vestre, qua fungimur, auctoritate mandamus, quatinus, si est ita, predictam F., ut ad eundem virum suum redeat et ei affectus huiusmodi exhibeat, ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam compellatis.

### 237. Contra virum, qui uxore inscia se fecit ad sacros ordines promoveri.[1]

f. 32v .. Episcopo. A. de .. mulier conquerendo monstravit, quod R. de .., | vir suus, tue diocesis ea inscia se faciens ad sacros ordines promoveri ipsam non curat maritali affectione tractare. Quare nobis humiliter supplicavit, ut ipsum suspendi ab executione ordinum taliter susceptorum et ipsam ab eodem

affectione tractari debita faceremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam etc., quod canonicum fuerit. Testes etc.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,305f. K 163.*
[2] *Die Testes-Klausel entfällt in Eheangelegenheiten. Vgl. HERDE, Audientia 2,63 N 62.3. Ausführliche Erläuterungen dazu in HERDE, Zeugenzwang 272f.; DERS., Audientia 1,223.*

## 238.[1]

Nota, quod, si dicatur „alter coniugum altero inscio ad religionem transisse“ concluditur „mandamus, quatinus vocatis etc.“

[1] *Identisch mit Nr. 84.*

## 239. Pro uxore contra virum.

.. Episcopo .. Sua nobis G. de .. mulier petitione monstravit, quod, cum ipsa A. de .. laicum eiusdem diocesis super eo, quod idem ipsam G., cum qua matrimonium contraxerat per verba legitime de presenti, traducere indebite denegabat petendo ipsam compelli, ut eam traduceret et maritali affectione tractaret, coram .. officiali .. non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem officialis cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato diffinitivam pro dicta G. et in prefatum A. eidem diffinitive, a qua infra tempus legitimum non extitit,[a] parere contumaciter non curantem excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit. Quare dicta G. nobis humiliter supplicavit, ut eandem excommunicationis sententiam robur faceremus debitum obtinere. – mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

[a] *am Rand* appellatum

## 240. Pro viro contra uxorem, ut sententia carnalis commertii confirmetur.

.. Episcopo .. A. de .. miles sua nobis petitione monstravit, quod, cum ipse cum B. de .. uxore sua solenniter in facie ecclesie matrimonium legitime

contraxisset et tandem carnaliter cognovisset eandem, venerabilis frater noster .. episcopus Lucanus,[1] eorum diocesanus, ad instantiam quorundam emulorum suorum falso asserentium ipsos esse consanguinitate coniunctos eis nec confessis nec convictis, immo nec citatis, ex arrupto carnale commertium interdixit in eosdem, si secus agerent, excommunicationis sententia promulgata, propter quod idem miles ad nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum fuerit etc.

[1] *Lucca.*

### 241. Pro uxore contra virum, qui est ingressus ordinem ea inscia et egressus eam non recepit.

G. de .. mulier nobis exposuit conquerendo, quod, cum P. de .. laicus .. diocesis fide sibi prestita de contrahendo secum matrimonium ipsam
f. 33r postmodum | carnaliter cognovisset ea tandem inscia ordinem fratrum Minorum assumpsit, quem, licet abiecerit et ad seculum sit reversus, eam recipere indebite pretermittit. Quia vero nobis non constat de premissis. – mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et cognita diligentius veritate, si tibi constiterit de premissis, predictum P., ut eandem mulierem recipiat, ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.[1]

[1] *Vgl. Nr. 84, 238.*

### 242. Pro uxore, que contraxit cum sibi affini.[a]

C. de .. mulier sua nobis petitione monstravit, quod, cum ipsa H. de .. militi .. diocesis se matrimonialiter copulasset et aliquamdiu cohabitasset eidem, tamen veraciter intellexit, dictum H. in IIII[to] affinitatis gradu sibi esse coniunctum. Quare nobis humiliter supplicavit, ut providere super hoc de circumspectione sedis apostolice curaremus. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[a] *aus* affine *korrigiert*

### 243. Super eodem pro viro.

Sua nobis R. de .. laicus petitione monstravit, quod, cum I. de .. mulierem .. diocesis sibi matrimonialiter copulasset et fere per triennium cohabitasset eidem, tandem quibusdam sibi referentibus intellexit eandem mulierem in quarto gradu consanguinitatis sibi esse coniunctam. Quare nobis humiliter supplicavit, ut in hac parte sibi providere salubriter curaremus. – mandamus, quatinus inquisita super hiis diligentius veritate, si tibi constiterit ita esse, super hoc procedas iuxta canonicas sanctiones.

### 244.

Nota, quod in causa matrimoniali non datur clausula „testes“, sive vir conqueratur de uxore, sive uxor de viro.

### 245. Quibus scribitur in dictis causis.[1]

Nota, quod, huiusmodi cause matrimoniales semper[a] comittuntur diocesanis rei, videlicet patriarchis, archiepiscopis et episcopis,[2] nisi in causis illis fuerit ab aliqua partium appellatum, et tunc etiam tales appellationes semper alicui episcopo comittuntur. Si vero patriarchalis, archiepiscopalis vel episcopalis ecclesia vacet, scribitur nichilominus .. archidiacono vel decano et, si isti deficerent,[b] scribetur capellano maioris ecclesie, et tunc dices in conclusione: Ideoque discretioni tue cum sedes Parisien. pastore dicatur vacare ad presens,[3] per apostolica scripta. – mandamus, quatinus, si est ita, etc.[c]

[a)] *auf Rasur* [b)] *Rasur über* ice [c)] *f. 33v, f. 34r, f. 34v leer*

[1] *Vgl. die Anmerkung zu Nr. 226, sowie die Bestimmungen des Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,28 N^a 23, 34 N 6 Zusatz a u. 297 K 151. Vgl. dazu auch a. a. O. 1,194 u. 200 und die Anweisungen 2,49f. N 34 Zusätze a u. b.*
[2] *Gemäß c. 60 Conc. Lat. IV = X 5.31.12.*
[3] *Paris (Seine). Zu den Sedisvakanzen vgl. GAMS 596; EUBEL 1,391.*

f. 35r

## 246. De censibus vel pensionibus.[1]

Sua nobis .. cantor ecclesie Parisien.[2] conquestione monstravit, quod .. abbas monasterii sancti Petri Andegaven.[3] ordinis,[a].. et .. clerici .. diocesis super quibusdam censibus et rebus aliis iniuriantur eidem. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc. faciens etc. Testes etc. Proviso, ne census[b] ipsi vel ne dicta pensio contra Lateranensis statuta concilii sint impositi vel adaucti vel imposita vel adaucta.[4]

[a]) *folgt Rasur, zwei Punkte zu ergänzen* [b]) *der zweite Schaft des* u *und* s *auf Rasur*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,88 δ 4, vgl. auch 255f. K 102 u. 103.*
[2] *Paris (Seine).*
[3] *Angers (Maine-et-Loire). Nicht identifiziert.*
[4] *c. 7 Conc. Lat. III = X 3.39.7.*

## 247.[1]

Nota, quod, quandocunque agitur super censibus vel pensione contra clericos, datur illa clausula „Proviso“.

[1] *Vgl. ähnliche Notule im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,88 δ 4 u. 254 K 100 Zusatz b.*

## 248.[1]

Nota, quod contra clericos et laicos non datur illa clausula „Proviso“.

[1] *Vgl. ähnliche Notule im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2, 88 δ 4 u. 254 K 100 Zusatz b.*

## 249. Quando episcopus de novo imposuit ecclesie pensionem.

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod venerabilis frater noster.. Rossen.[1] episcopus quandam in ecclesia .. sue diocesis contra Lateranensis statuta concilii[2] de novo imposuit pensionem de ipsa solvenda a P. rectore ipsius ecclesie prestare sibi faciens nichilominus iuramentum. Cum igitur Lateranensis concilium imponi novas ecclesie pensiones inhibeat, mandamus,

quatinus, si est ita, dictum episcopum, quod huiusmodi iuramentum relaxet, monitione premissa sublato appellationis obstaculo, sicut iustum fuerit, auctoritate nostra compellas et eundem rectorem denunties ad solutionem pensionis huiusmodi non teneri, faciens etc.

[1] *Fortrose (Schottland).*
[2] *c. 7 Conc. Lat. III = X 3.39.7.*

### 250. Quando episcopus exigit pensionem de novo adauctam.

Exposuit nobis dilectus filius .. rector ecclesie .., quod venerabilis frater noster .. episcopus .. quandam pensionem de novo eidem contra statuta concilii generalis[1] adauctam ab eo contra[a] iustitiam exigit et[a] extorquit. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a-a)] *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

[1] *c. 7 Conc. Lat. III = X 3.39.7.*

### 251. De promissa pro labore mercede.

Dilectus[a] filius P. nobis conquerendo monstravit, quod, licet ipse H. promissam sibi pro labore mercedem exhibere indebite contradicit – mandamus, quatinus partibus convocatis faciens etc. Testes etc.

[a)] *am Rand* at(tende)

### 252. Quando denegatur canonica portio residenti.

Dilectus filius[a] A. canonicus ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis portionem de cotidianis distributionibus ipsius ecclesie sibi de iure[b] debitam, quamquam resideat in
f. 35v eadem, exhibere contra iustitiam et ipsum ad communes | tractatus predicte ecclesie admittere indebite contradicunt. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

[a)] *folgen Reverenzpunkte* [b)] *am Rand* at(tende)

## 253. Super eodem.

In eodem modo pro eodem, quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis cotidianas distributiones sibi residenti in eadem ecclesia sicut uni ex aliis ipsius ecclesie canonicis contra iustitiam denegant exhibere. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.

## 254. Quando vicarius non contentus portione sua usurpat sibi portionem rectoris.

Dilectus filius .. rector ecclesie .. nobis exposuit, quod G. perpetuus vicarius eiusdem ecclesie .. diocesis assignata eo de proventibus eiusdem ecclesie portione[a] congrua non contentus partem eorum proventuum de iure rectori competentem eidem sibi presumit auctoritate propria usurpare. – mandamus, quatinus partibus convocatis etc.[b]

[a)] *folgt Rasur* [b)] *Rest von f. 35v leer*

f. 36r

## „Ea, que de bonis“ in minori forma.[1]

## 255. Pro rectore unius ecclesie.[2]

Dilecti filii .. rectoris ecclesie de .. Parisien.[3] diocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore[a] subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Dat. etc.

[a)] vel timore *doppelt*

[1] *Vgl. jeweils ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,595ff. Q 23,24ff. (erste Redaktion), 598f. Q 23,35ff. (zweite Redaktion) u. 619ff. Q 23,81ff. (dritte Redaktion).*

[2] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,595 Q 23,24 = 598 Q 23,35.*
[3] *Paris (Seine).*

## 256. Pro rectore duarum ecclesiarum.

Dilecti filii N. rectoris sancti Petri et sancti Nicolai[1] ecclesiarum, quarum una dependet ab altera, .. diocesis precibus etc. usque de bonis ipsarum ecclesiarum alienata etc. usque ad ius et proprietatem earundem ecclesiarum etc.

[1] *Nicht identifiziert.*

## 257. Forme pro diversis super eodem.[a 1]

Dilecti filii .. prepositi ecclesie etc. usque de bonis ad preposituram suam ipsius ecclesie etc. usque[2] ad ius et proprietatem eiusdem prepositure etc.

[a)] *Überschrift am Rand, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,620 Q 23,88.*
[2] *Nach Nr. 255 zu ergänzen.*

## 258.

Ea, que de bonis ad archidiaconatum suum ipsius ecclesie etc.

## 259.

Ea, que de bonis ad archipresbiteratum suum ipsius ecclesie etc.

## 260.

Ea, que de bonis ad plebanatum suum ipsius plebis vel ecclesie etc.

261.

Ea, que de bonis ad abbatiam suam ipsius ecclesie etc. usque ad ius et proprietatem eiusdem abbatie.

262.

Ea, que de bonis ad cantoriam suam ipsius ecclesie etc. usque ad ius et proprietatem eiusdem cantorie etc.

263.

Ea, que de bonis ad thesaurariam suam ipsius ecclesie etc. usque ad ius et proprietatem eiusdem thesaurarie etc.

264.

Ea, que de bonis ad scolastriam suam ipsius ecclesie etc. usque ad ius et proprietatem eiusdem scolastrie etc.

265.

Ea, que de bonis ad dictam sacristiam suam ipsius ecclesie etc. usque ad ius et proprietatem eiusdem sacristie etc.

266.

Ea, que de bonis ad magisterium suum scolarum ipsius ecclesie etc. usque ad ius et proprietatem eiusdem magisterii etc.

f. 36v

267.

Ea, que de bonis ad decanatum suum ipsius ecclesie etc. ad ius et proprietatem dicti decanatus etc.

268.

Ea, que de bonis ad perpetuam vicariam suam ipsius ecclesie etc. ad ius et proprietatem dicte vicarie. In eodem modo pro perpetuo capellano.

269.

In eodem modo pro pereptuo portionario ad ius et proprietatem dicte portionis etc.

270.

In eodem modo pro matriculario etc.

271.

In eodem modo pro capicerio vel primicerio.

272.

In eodem modo pro priore secularis ecclesie ea, que de bonis ad prioratum suum ipsius ecclesie etc. ad ius et proprietatem dicti prioratus etc.

273.

In eodem modo pro priore et conventu monasterii de .. per priorem, soliti gubernari[1] ordinis .. etc. ea, que de bonis ipsius monasterii etc.

[1] *Vgl. Nr. 23.*

274.

In eodem modo pro abbate et conventu monasterii de .. ordinis .. etc.

275.

In eodem modo pro dilecte in Christo filie .. abbatissa et conventu monasterii de .. ordinis .. etc.

276.

In eodem modo pro priorissa et conventu monasterii de .. per priorissam etc.[1] ordinis .. etc.

[1] *Vgl. Nr. 23.*

277.[1]

Dilectorum filiorum .. prioris et fratrum domus Heremitarum Avinionen.[2] ordinis sancti Augustini, qui fundati sunt in ordine paupertatis quibusve etiam ex privilegio sedis apostolice proprium habere licet,[3] precibus inclinati etc. ea, que de bonis ipsius domus etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,75f. π 4.*
[2] *Avignon (Vaucluse).*
[3] *Vgl. das Privileg Innocenz' IV. von 1253 Mai 31 (POTTHAST 14989).*

278.

Ea, que de bonis ad mensam suam episcopalem spectantibus[1] etc. ad ius et proprietatem eiusdem mense etc.

[1] *Ein Bischof durfte nur wegen des bischöflichen Mensalgutes klagen (vgl. Nr. 33).*

279.

Ea, que de bonis ad succentoriam suam ipsius ecclesie spectantibus in civitate vel diocesi Tholosan.[1] consistentibus etc.

[1] *Toulouse (Haute Garonne).*

280.

Ea, que de bonis ad prebendam suam ipsius ecclesie etc.

281.

Dilecti filii clericorum perpetuorum beneficiatorum altaris sancti .. in ecclesia sancti .. .. diocesis precibus inclinati etc. ea, que de bonis ipsius altaris ad eosdem clericos communiter pertinentibus etc. ad ius et proprietatem ipsius altaris etc.

282.

Ea, que de bonis ad fabricam ipsius ecclesie etc. ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie etc.

283.

Dilectarum in Christo filiarum[a] .. priorisse et conventus monasterii de .. per
f. 37r priorissam etc.[1] ordinis .. | secundum instituta et sub cura fratrum ordinis Predicatorum viventium, etc. ea, que de bonis ipsius monasterii etc.

a) *am Rand* at(tende)

1 *Vgl. Nr. 23.*

284.[1]

Dilecti filii .. rectoris maioris portionis ecclesie sancti .. Aurelianen.,[2] que per duos, quorum unus maiorem, alter vero minorem portiones eiusdem ecclesie obtinere noscuntur vel[a] obtinent, consuevit gubernari rectores[b], precibus etc. ea, que de bonis ad ipsam maiorem portionem spectantibus etc.[3] ad ius et proprietatem eiusdem maioris portionis etc.[4]

a) obtinere noscuntur vel *am Rand, Texthand, Texttinte* b) .. diocesis *zu ergänzen*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,599 Q 23,36 u. 622f. Q 23,97.*
[2] *Orléans (Loiret).*
[3] *Nach Nr. 255 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 255 zu ergänzen.*

285.

Perpetuorum provisorum mense sancti .. in ecclesia .. .. diocesis administrationem communiter habentium bonorum ipsius mense ab aliis bonis ipsius ecclesie distinctorum etc. ea, que de bonis ad dictam mensam in dicta ecclesia spectantibus etc. ad ius et proprietatem eiusdem mense etc.

286.

In eodem modo pro rectore minoris portionis etc. ut supra proxima secunda.[a] [1]

[a)] *Rest von f. 37r leer*

[1] *Nach Nr. 284 zu ergänzen.*

f. 37v

„Ea, que de bonis“ in maiori forma.[1]

287.[2]

Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilectus filius .. canonicus ecclesie sancti .. de .. .. diocesis quam predecessores sui eiusdem ecclesie canonici, qui prebendam, quam ipse in eadem ecclesia obtinet, tenuerunt pro tempore, decimas, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ad prebendam suam ipsius ecclesie spectantia datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et penis adiectis, in gravem ipsius prebende lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hiis confirmationis litteras in communi forma a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, – mandamus, quatinus ea,

que de bonis ipsius prebende per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, iuramentis, renuntiationibus, penis et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem prebende legitime revocare procures, contradictores etc. Testes etc.[3]

[1] *Vgl. jeweils ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,586ff. Q 23,1ff. (erste Redaktion), 599ff. Q 23,38ff. (zweite Redaktion) u. 603ff. Q 23,52ff. (dritte Redaktion).*
[2] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,592 Q 23,16.*
[3] *Nr. 85 enthält kein Verbot der Testes-Klausel in Reskripten bezüglich „ea, que de bonis".*

288.

Nota, quod, quando in tali forma iudex accipitur, extra in conclusione post illa verba „mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius prebende" additur „in civitate vel diocesi .. consistentibus", si iudex fuerit dicte civitatis vel diocesis, que dicta verba scilicet „in civitate vel diocesi .. consistentibus" nominando civitatem vel diocesim iudicis semper in tali forma maiori et minori debent poni, nisi hec forma detur pro episcopo, abbate, abbatissa et conventu vel monasterio aut magistris hospitalis, qui presumuntur[a] habere bona in diversis civitatibus et diocesis et hoc impedit clausula illa „Cum autem".

[a)] *am Rand* at(tende)

289.

Quod tam dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de .. ordinis .. .. diocesis quam predecessores eorum etc. et quedam alia bona ipsius monasterii etc.

290.

Quod tam dilecte in Christo filie .. abbatissa et conventus monasterii de .. ordinis .. .. diocesis quam ille, que in eodem monasterio precesserunt easdem, etc. ut supra.

291.

Quod tam dilecti filii .. prior et conventus monasterii de .. per priorem etc. f. 38r ordinis .. .. diocesis | quam predecessores eorum etc.

292.

Quod tam dilecti filii .. magister et fratres hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitan. in Anglia[1] quam predecessores eorum etc.

[1] *Johanniter in England.*

293.

Quod tam dilectus filius .. prior prioratus de .. ordinis .. .. diocesis quam predecessores sui eiusdem prioratus priores, qui fuerint pro tempore etc.

294.

Quod tam dilectus filius .. rector ecclesie de .. .. diocesis quam predecessores sui eiusdem ecclesie rectores, qui fuerunt pro tempore, etc.

295.

Quod tam dilectus filius .. thesaurarius ecclesie de .. .. diocesis quam predecessores sui eiusdem ecclesie thesaurarii, qui thesaurariam, quam ipse in eadem ecclesia obtinet, pro tempore tenuerunt etc.

296.

In eodem modo pro decano, preposito, archidiacono, archipresbitero, cantore et aliis similibus etc.

297.

Quod tam dilectus filius .., perpetuus vicarius ecclesie de ..,[a] quam predecessores sui ipsius ecclesie perpetui vicarii, qui fuerint pro tempore, decimas etc. et quedam alia bona ad perpetuam vicariam suam ipsius ecclesie spectantia etc.

a) .. diocesis *zu ergänzen*

298.

Quod tam dilectus filius .. archidiacono Richimundie[1] in ecclesia .. quam predecessores sui archidiaconi Richimundie in predicta ecclesia, qui fuerunt pro tempore etc.

1 *Richmond (Yorkshire).*

299.

Nota, quod, si perpetuus vicarius, capellanus, cancellarius, cantor, thesaurarius alicuius ecclesie in forma huiusmodi litteras impetret, semper dici debet „ad perpetuam vicariam suam ipsius ecclesie spectantibus“, et sic de singulis vel similibus.[a]

a) *Rest von f. 38r leer*

f. 38v

Super defectu natalium.

300.

Nota, quod in forma super defectu natalium semper scribitur episcopo, nisi ipse in remotis ageret, in quo casu vel etiam, si sedes episcopalis vacet, scribitur archidiacono.

## 301. Pro scolari.[1]

.. Archidiacono. Accedens ad presentiam nostram dilectus filius .. scolaris .. diocesis nobis humiliter supplicavit, ut cum eo, qui, sicut asserit, ascribi desiderat militie clericali, super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu possit ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer[a] curaremus. Ad te igitur, cum venerabilis frater noster .. episcopus .. in remotis agere dicatur ad presens, remittentes eundem discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa idoneitatem persone fuerint attendende, si paterne non est incontinentie imitator sed bone conversationis et vite, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, aliasque sibi merita suffragantur ad dispensationis gratiam obtinendam, secum super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire. Ita tamen, quod idem scolaris prout requiret onus beneficii, quod eum post dispensationem huiusmodi obtinere contigerit, ad ordines se faciat statutis temporibus promoveri et personaliter resideat in eodem, alioquin huiusmodi gratia quo ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti. Datum etc.

a) *am Rand* at(tende)

1 *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,565 Q 22,4 u. 568f. Q 22,8.*

## 302. Quando quis eligit alibi mansionem.

.. Episcopo. Accedens etc. dilectus filius P. de .. clericus .. diocesis nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de clerico in minoribus ordinibus constituto genitus et soluta etc. usque curaremus. Ad te igitur, cum dictus P. in tua diocesis sibi perpetuam mansionem se asserit elegisse, remittentes eundem fraternitati tue etc.[1]

1 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

## 303. Pro clerico.

.. Episcopo. Accedens etc. dilectus filius N. clericus tue diocesis nobis humiliter supplicavit, ut etc. usque[1] genitus de soluto[a] et soluta,[b] quod huiusmodi non obstante defectu possit etc. usque curaremus.[2] Ad te igitur etc. usque in finem.[3]

a) *durch Umsetzungszeichen aus* genitus de soluto *korrigiert* b) *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

1 *Nach Nr. 302 zu ergänzen.*
2 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*
3 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

## 304. Pro subdiacono filio presbiteri.[1]

.. Episcopo. Accedens etc. dilectus filius S. subdiaconus tue diocesis nobis
f. 39r humiliter | supplicavit, ut etc. usque[2] patitur de presbitero genitus et soluta, etiam super eo, quod omnes minores et subdiaconatus recepit ordines dispensatione super hoc legitima non obtenta, rite tamen alias, statutis a iure temporibus absque vitio symonie, et ministravit[b] in ipsis se divinis officiis imiscendo,[a] quodque huiusmodi defectu et aliis premissis nequaquam obstantibus possit in susceptis ordinibus ministrare et ad superiores ordines promoveri ac ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer curaremus. Ad te igitur remittentes etc. usque[3] obtinendam, secum super premissis imposita ei propter hoc penitentia salutari eoque ad tempus iuxta tue discretionis arbitrium ab eorundem ordinum executione suspenso auctoritate nostra dispenses etc. usque[4] ita tamen, quod idem subdiaconus etc. usque[5] contigerit, ad superiores se faciat ordines statutis etc. usque in finem.[6]

a) immiscendo b) *am Rand* at(tende)

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,566 Q 22,5, vgl. auch 562f. Q 22,1.*
2 *Nach Nr. 302 zu ergänzen.*
3 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*
4 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*
5 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*
6 *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

### 305. Pro diacono.[1]

In eodem modo pro diacono solum mutato, quod ipse omnes minores et subdiaconatus ac diaconatus recepit ordines etc. usque[2] ita tamen, quod idem diaconus etc. usque[3] contigerit, in presbiterum se faciat etc.[4]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,563 Q 22,1a, vgl. auch 562f. Q 22,1.*
[2] *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 304 bzw. 301 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 304 zu ergänzen.*

### 306. Pro presbitero.

.. Episcopo. Accedens etc. dilectus filius P. de .. presbiter tue diocesis nobis humiliter supplicavit etc. ut supra per omnia usque[1] et super eo, quod omnes recepit ordines etc. usque ita tamen, quod idem presbiter etc. usque[2] contigerit, personaliter resideat in eodem etc.[3]

[1] *Nach Nr. 304 bzw. 301 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 304 bzw. 301 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

### 307.

Nota, quod, ubi subdiacono et diacono dicitur „in susceptis ordinibus ministrare“, in presbitero dicitur „in eisdem ordinibus ministrare“ et statim sequitur „ac beneficium etc.“, quam illa verba „et ad superiores“ non debent poni et etiam illa verba „et etiam super eo, quod omnes recepit ordines etc.“

### 308. Pro religioso.[1]

.. Episcopo. Regularis ordinis professoribus nonnunquam aliqua religionis favore specialiter permittuntur, que solent interdum aliis interdici. Cum itaque ex parte dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii de .. ordinis .. tue diocesis fuerit nobis humiliter supplicatum, ut cum dilecto filio P. clerico ipsius monasterii monacho super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, dispensare misericorditer curaremus, nos attendentes, quod ad religionem conversi, si fuerint laudabiliter in suis monasteriis conversati,

f. 39v illegitimitatis macula non obstante iuris permissione licite | possunt ad omnes ordines promoveri, – mandamus, quatinus cum ipso eius ad hoc suffragantibus meritis, super quibus tuam etc. usque[2] onerare, quod huiusmodi non obstante defectu possit ad omnes ordines promoveri et regulares administrationes sui ordinis dumtaxat assume, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire. Datum etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,575f. Q 22,13.*
[2] *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

309. Pro canonicis Premonstratensis et sancti Augustini ordinis.

Episcopo. Accedens etc. dilectus filius P. canonicus monasterii de .. ordinis sancti Augustini .. diocesis nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu ad quaslibet administrationes dumtaxat sui ordinis, etiam si curam habeant animarum, licite assumi possit, dispensare misericorditer curaremus. Ad te igitur etc. usque[1] expedire. Datum etc.

[1] *Nach Nr. 301 bzw. 308 zu ergänzen.*

310. Pro absente.

.. Archidiacono. Ex parte dilecti filii P. clerici .. diocesis nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum eo, qui, sicut asserit, ad Romanam curiam personaliter propter viarum pericula tute venire non potest, super defectu natalium, quem patitur de diacono genitus et soluta, quod huiusmodi etc. usque[1] dignaremur. De tua igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes; cum venerabilis frater noster[a] .. episcopus in Romana curia commoretur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus consideratis diligenter circumstantiis universis etc. usque[2] momenti. Datum etc.

[a)] *am Rand* at(tende)

[1] *Nach Nr. 301 bzw. 309 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

### 311. Pro vassallo monasterii.

.. Abbati monasterii .. Accedens etc. dilectus filius B. de .. clericus terre tui monasterii nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium etc. usque in finem.[a] [1]

[a)] *Rest von f. 39v leer; f. 40r leer*

[1] *Nach Nr. 301 zu ergänzen.*

f. 40v

### Preces et mandata.

### 312. Pro ceco et mutilato ab hereticis.[1]

Dilecto filio. Rem pietatis et iustitie facimus, si iniuriam in Christo patientibus vite subsidia de bonis ecclesiasticis procuramus. Cum igitur P. laicus .. diocesis pro negotio pacis et fidei ab[a] hereticis Albingen.[b] oculorum privatus lumine, naso et superiori labio ac dextra manu miserabiliter mutilatus ad acquirendum vite necessaria[c] inutilis sit effectus, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, si nondum ei alibi est provisum nec vobis pro alterius provisione direximus scripta nostra, qui provisionis gratiam prosequatur, ob reverentiam apostolice sedis et nostram curetis in vite necessariis ei, quoad vixerit, providere preces nostras taliter impleturi, ut vobis retributionis eterne premium[d] et a nobis exinde[e] debita gratiarum. Datum etc.

[a)] b *korrigiert* [b)] *statt* Albigen. [c)] *zweites* e *korrigiert*
[d)] *am Rand* at(tende) [e)] *folgt Lücke, evtl. einzusetzen* rependatur solutio, *vgl. Herde, Audientia 2,347 K 200.*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. Herde, Audientia 2,346f. K 200 mit 346 Anm. 2. Zu den Katharern vgl. A. Borst, Die Katharer, Stuttgart 1991.*

### 313. Pro leproso.[1]

Dilectis filiis .. priori et fratribus domus de .. .. diocesis. Cum dilectus filius G., lator presentium, occulto dei iudicio morbo lepre percussus nobis humiliter supplicavit, ut eum in domo vestra in socium et in fratrem recipi mandaremus,

ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictum G. ob reverentiam apostolice sedis et nostram in socium recipiatis et[a] fratrem et sincera in domino caritate tractetis. Datum etc.

[a)] in *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,345f. K 199.*

314.

Nota, quod de talibus debet scribi magistro vel priori aut alii simili persone, fratribus loco et diocesi vel civitate expressis.

## 315. Pro volente recludi.[1]

.. Episcopo. Cum dilecta in Christo filia M. pauper mulier, latrix presentium,[a] reclusorio[b] sua desideret peccata deflere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ob reverentiam apostolice sedis et nostram ei ad hoc in civitate vel diocesi tua locum provideas oportunum, mandatum nostrum taliter impleturus, quod eadem assecutam se gaudeat, quod[c] intendit, et nos devotionem tuam possimus in domino commendare. Datum etc.

[a)] *am Rand* at(tende)
[b)] *folgt Lücke, evtl. davor einzusetzen* in, *vgl.* HERDE, *Audientia 2,345 K 198*
[c)] quod *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,345 K 198.*

## 316. Pro scolari monachando.[1]

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii de .. ordinis .. .. diocesis etc. Cum dilectus filius P. .. scolaris, lator presentium, cupiat, sicut asserit, una vobiscum in monasterio vestro sub regulari habitu domino famulari,
f. 41r universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur[a] | attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ipsum, postquam clericali fuerit carathere[b] insignitus, ob reverentiam apostolice sedis et nostram recipiatis in monachum et in fratrem et sincera in domino caritate tractetis. Datum etc.

[a] attente *Reklamant* [b] *statt* caractere

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,657 QV 346a.*

## 317. Super eodem pro clerico.

In eodem modo pro clerico per totum excepto, quod, ubi dictitur „scolaris" dicitur „clericus" vel „presbiter" et in conclusione non ponuntur illa verba „postquam clericali fuerit carathere[a] insignitus".

[a] *statt* caractere

## 318. Super eodem pro puella litterata.[1]

Dilecte in Christo filie .. abbatisse et conventui monasterii de .. ordinis .. .. diocesis. Cum dilecta in Christo filia M. puella litterata, latrix presentium, cupiat, sicut asserit, una vobiscum in monasterio vestro sub regulari habitu domino famulari, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ipsam ob reverentiam apostolice sedis et nostram recipiatis in monacham et sororem et sincera in domino caritate tractetis. Datum etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,335 K 189.*

## 319. Pro monacho habente licentiam transferendi se ad aliud monasterium.[1]

Abbati et conventui etc. Cum dilectus filius P. de .. monachus monasterii sancti .. de .. ordinis sancti .. .. diocesis, lator presentium, habens, ut asserit, ex iusta vel rationabili et honesta causa ab abbate suo se ad alium ordinem vel ad aliud eiusdem ordinis monasterium licentiam liberam transferendi, cupiat, sicut asserit, una vobiscum in monasterio vestro sub regulari habitu vestri ordinis vel sub regulari habitu domino famulari, universitatem etc. usque[2] quatinus, si, quod de licentia huiusmodi proponitur, veritate fulcitur, ipsum ob reverentiam apostolice sedis et nostram recipiatis etc.[3]

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,329 K 185b u. 338 K 192.*
[2] *Unter Beachtung der Anweisungen von Nr. 317 nach Nr. 316 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 316 zu ergänzen.*

### 320. Pro muliere, ut recipiatur in prioratu subiecto monasterio.[1]

.. Abbatisse et conventui etc. Cum dilecta in Christo filia M. mulier, latrix presentium, cupiat, sicut asserit, una cum sororibus prioratus de .. monasterio vestro pleno iure subiecti sub regulari habitu domino famulari, universitatem etc. usque[2] nostram in consortium dictarum sororum, prout ad vos pertinet, in sociam et sororem recipi faciatis etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,340f. K 195.*
[2] *Nach Nr. 318 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 318 zu ergänzen.*

### 321. Pro muliere simplex forma.[1]

Cum dilecta in Christo filia M. mulier, latrix presentium, cupiat, sicut asserit in domo vestra una cum sororibus ipsius domus in infirmis et pauperibus domus vestre domino famulari, universitatem etc. usque[2] nostram in consortio dictarum sororum ad servitium pauperum et infirmorum eorundem recipiatis etc.[a] [3] et sincera etc.[4]

a) etc. *interlinear nachgetragen, durch Zeichen hier eingefügt*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,339f. K 194.*
[2] *Nach Nr. 318 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 318 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 318 zu ergänzen.*

### 322. Pro clerico ad servitium infirmorum et pauperum.[1]

f. 41v Cum dilectus filius P. de .. clericus, lator presentium, etc. usque[2] vobiscum in domo[a] vestra in infirmis et pauperibus eiusdem domus domino famulari, universitatem etc. usque[3] recipiatis ad servitium infirmorum et pauperum eorundem in socium et in fratrem et sincera etc.[4]

a) -o *korrigiert.*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* Herde, *Audientia 2,676f. QV 402.*
[2] *Nach Nr. 321 zu ergänzen.*
[3] *Unter Beachtung der Anweisungen von Nr. 317 nach Nr. 316 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 316 zu ergänzen.*

## 323.[1]

Vel sic: Cum etc. usque[2] asserit in infirmis et pauperibus domus vestre etc. usque[3] nostram ad servitium infirmorum et pauperum eorundem recipiatis in socium et in fratrem et sincera etc.[4]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* Herde, *Audientia 2,676f. QV 402.*
[2] *Nach Nr. 321 zu ergänzen.*
[3] *Unter Beachtung der Anweisungen von Nr. 317 nach Nr. 316 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 316 zu ergänzen.*

## 324. Pro redeunte ad monasterium, quedam exiverat animi levitate.[1]

Cum[a] dilectus filius etc.,[2] monachus vester, cupiat ad monasterium vestrum, a quo, sicut asserit,[b] exivit animi levitate, cupiat cum humilitate redire, universitatem etc.[3] quatinus ipsum ad vos humiliter redeuntem ob reverentiam etc.[4] recipiatis salva ordinis disciplina et sincera vel fraterna in domino caritate tractetis.

[a)] *durch Umstellungszeichen aus* asserit sicut *korrigiert* [b)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* Herde, *Audientia 2,330 K 185d.*
[2] *Nach Nr. 322 zu ergänzen.*
[3] *Unter Beachtung der Anweisungen von Nr. 317 nach Nr. 316 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 316 zu ergänzen.*

## 325. Pro illo, qui[a] sine causa rationabili de monasterii est eiectus.

Cum dilectus filius A. etc.,[1] monachus vester, quem de monasterio vestro, sicut asserit, sine causa rationabili, vel quem a claustro, sicut asserit, culpis suis exigentibus eiecistis, ad vos vel ad vestrum monasterium desideret cum humilitate redire etc. ut supra.[2]

[a)] q, *Unterlänge durchstrichen und zusätzliches übergeschriebenes* i

[1] *Nach Nr. 322 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 324 zu ergänzen.*

### 326. Super eodem et quod statutum servetur.[1]

Venerabili fratri .. episcopo .. . Dilectus filius frater M. monachus monasterii .. ordinis .. diocesis nobis humiliter supplicavit, ut, cum ipse ad monasterium ipsum, a quo, sicut asserit, sine causa rationabili est eiectus, cupiat cum humilitate redire, ipsum ibidem recipi mandaremus. Cum autem felicis recordationis G. papa VIIII., predecessor noster, duxerit statuendum,[2] ut presidentes capitulis celebrandis seu patres abbates proprios non habentes fugitivos et eiectos de ordine suo requirant sollicite annuatim, ita quod, si in monasteriis suis recipi possint secundum ordinem regularem, abbates seu priores eorum ad receptionem cogantur ipsorum[a] salva ordinis disciplina, quod, si hoc ordo non patitur, apostolica auctoritate provideant, ut, si absque scandalo fieri poterit, apud monasteria sua in locis competentibus, alioquin in aliis religiosis domibus eiusdem ordinis ad agendum ibidem penitentiam salutarem eis vite necessaria ministrentur, et in provincia .., de qua monasterium ipsum existit, presidentes huiusmodi, sicut asseritur, non existant, – mandamus, quatinus, si est ita, statutum huiusmodi circa prefatum M. facias observari, contradictores etc.[3]

a) ip *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,341f. K 195a u. 368ff. K 220, K 221, K 221a.*
[2] *Vgl. die Dekretale Gregors IX. X 3.31.24 (*POTTHAST *9651).*
[3] *Nach Nr. 255 zu ergänzen. Es folgt die Datierung.*

f. 42r

### 327. Super eodem pro monialibus.[1]

In eodem modo. Dilecte in Christo filie etc. usque[2] ministrentur. Cum autem, quod circa fugitivos et eiectos predictos statutum in hac parte fore dinoscitur,[3] multo magis[a] monialibus, que periculosius vagantur, debeat observari et in provincia .. non habeant, ut asseritur, huiusmodi presidentes, fraternitati tue

etc. ut supra.[4] Salvo, quod, ubi dicit „Cum autem“, ponas „verum“, et ubi dicit „duxerit“,[b] dicat „duxit“ et ponatur „proviso“.

[a)] in *zu ergänzen* [b)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,343 K 195d u. 371 K 221b.*
[2] *Nach Nr. 326 zu ergänzen.*
[3] *X 3.31.24.*
[4] *Nach Nr. 315 zu ergänzen.*

### 328. Secunda littera et preceptoria super preces et mandata.[1]

Cum olim dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancti .. de .. ordinis .. .. diocesis nostris dederimus litteris in mandatis, ut dilectum filium .. clericum cupientem una cum eis in dicto monasterio sub regulari habitu domino famulari in monachum reciperent et in fratrem et sincera in domino caritate tractarent, iidem abbas et conventus mandatis huiusmodi obauditis id efficere hactenus non curarunt, sicut eiusdem clerici labor ad nos indicat iteratus. Nos igitur volentes eundem clericum in huiusmodi suo laudabili proposito confovere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, eosdem abbatem et conventum ex parte nostra moneas et inducas, ut prefatum clericum in eodem monasterio recipiant in monachum et in fratrem et sincera in domino caritate pertractent iuxta priorum continentiam litterarum, alioquin rescribas nobis causam rationabilem, si qua subsit, quare id fieri non debeat vel non possit.

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,347f. K 201 u. 657 QV 346b.*

### 329. Tertia et executoria super eodem.

P. de .. clericus Parisien.[1] in nostra proposuit presentia constitutus, quod nos olim .. abbati et conventui monasterii sancti .. Parisien. ordinis sancti .. primo[a] in mandatis et postmodum nostris dederimus litteris in preceptis, ut eundem P. cupientem una cum eis in dicto monasterio sub regulari habitu perpetuum impendere domino famulatum[b] reciperent in monachum et in fratrem etc. usque[2] mandatis et preceptis huiusmodi penitus obauditis id efficere hactenus

non curarunt. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, eosdem abbatem et conventum ex parte nostra moneas et inducas, ut prefatum clericum in eodem monasterio recipiant in monachum et in fratrem etc. ut supra usque[3] non possit.

[a)] *am Rand* at(tende) [b)] *durch Umstellungszeichen aus* famulatum domino *korrigiert*

[1] *Paris (Seine).*
[2] *Nach Nr. 328 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 328 zu ergänzen.*

## 330. Super eodem pro puella litterata.[1]

Dilectus filius nobilis vir .. nobis exposuit, quod olim dilectas in Christo filias ..[a] abbatissam et conventum monasterii .. ordinis .. .. diocesis rogandas
f. 42v duximus | et monendas nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut A. puellam litteratam natam ipsius in monacham reciperent et sororem et sincera in domino caritate tractarent, non obstante statuto de certo monialium numero quacunque firmitate vallato vel aliqua[b] indulgentia ipsis ab apostolica sede concessa, per quam huiusmodi posset gratia impediri. Sed ipse precibus et mandatis nostris penitus obauditis non attendentes, quantum sit inobedientie vitium, quod ydolatriis comparatur, id efficere hactenus non curarunt, propter quod memoratus nobilis ad nostram redire presentiam est coactus. Verum, licet ad hoc eas iuste possemus compellere, que spontanee[c] nostris[d] beneplacitis deberent humiliter obedire, adhuc tamen experiri volentes, utrum benignitatis dulcedine ipsarum possit duritia emolliri, – mandamus, quatinus prefatas abbatissam et conventum, ut predictam puellam recipiant in monacham et sororem et sincera in domino caritate pertractent, iuxta priorum continentiam litterarum moneas et inducas, quod, si eam sic forte recipere noluerint, quare id efficere pretermittant, nobis per tuas litteras stuedas fideliter intimare.

[a)] *Reverenzpunkte wohl nachträglich eingefügt* [b)] *statt* alia
[c)] noluerunt *zu ergänzen* [d)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,388f. K 234.*

331.[a]

Cum olim etc. usque[1] una cum eis in dicto hospitali cum infirmis et pauperibus dicti hospitalis sub regulari habitu domino famulari ad servitium infirmorum et pauperum predictorum in socium reciperent et in fratrem et sincera in domino caritate tractarent, iidem etc. usque[2] inducas, ut dictum clericum in hospitali predicto ad servitium infirmorum et pauperum predictorum in socium et in fratrem recipiant etc. ut in forma.[3]

a) *Überschrift fehlt*

1 *Nach Nr. 328 zu ergänzen.*
2 *Nach Nr. 328 zu ergänzen.*
3 *Nach Nr. 328 zu ergänzen.*

332.

Nota, quod, si predicti, pro quibus scribitur, sint ordinis sancti Augustini vel Premonstraten., dicetur, quod recipiant „in canonicum et in fratrem“, in aliis „in monachum“ etc.

333.

Item, quando scribitur pro muliere, dicitur „puella litterata, latrix presentium etc. recipiant in monacham vel canonicam et sororem“.

334.

Item,[a] quando scribitur pro laico, dicitur „postquam fuerit clericali carathere[b] insignitus“, exceptis Premonstraten. et sancti Augustini ordiniis,[c] in quibus dicitur „in socium et conversum“, in illis vero „in socium et in fratrem“.

a) *am Rand* at(tende) b) *statt* caractere c) *aus* ordinibus *korrigiert, Texthand, Texttinte*

335.

f. 43r Item, quando scribitur .. abbati et conventui et sunt in civitate, ordo postponitur | civitati; quando vero sunt in diocesi, ordo preponitur diocesi. Sic: „Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii sancte Flore Aretin.[1] ordinis sancti Benedicti etc.“ Vel: „.. abbati et conventui monasterii Campileonis[2] ordinis sancti .. Aretin. diocesis etc.“[a]

[a]) *Rest von f. 43r leer*

[1] *Kloster S. Fiora, Arezzo. Nachweise: JL 99100; P. GUIDI, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Tuscia, Bd. 1, Città del Vaticano 1932 (Studi e Testi 58), Nr. 1445, 1830.*
[2] *Kloster Campi Leonis (Diöz. Arezzo). Nachweis: P. GUIDI, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Tuscia, Bd. 1, Città del Vaticano 1932 (Studi e Testi 58), Nr. 1738.*

f. 43v

## Secundum apostolum.

336.[1]

.. Episcopo .. Cum dilectus filius N. de .. subdiaconus .. diocesis, lator presentium, a te vel a bone memorie .. episcopo, predecessore tuo, fuerit, sicut asserit, in subdiaconum ordinatus nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, nos felicis recordationis Innocentii pape,[a] predecessoris nostri,[2] qui ordinatis sine certo titulo per ordinatores vel presentatores suos seu successores eorum provideri voluit,[3] vestigiis inherentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dilecti filii A. et P., quibus examinationem ipsius duximus committendam, te citato legitime, ut per te ipsum vel idoneum responsalem intersis et super idoneitate persone quam etiam super qualitate et quantitate beneficii proponere tibi liceat quicquid rationabiliter duxeris proponendum, eum idoneum esse reppererint et ecclesiastico beneficio non indignum, tandiu ei vite necessaria congrue subministres, donec per te fuerit competens ecclesiasticum beneficium assecutus. Quod si eum ad presentationem alicuius vel aliquorum virorum ecclesiasticorum, qui providere sibi possint in competenti ecclesiastico beneficio, promovisti vel predecessor tuus promovit, per presentantem vel successorem ipsius, si ille forte decessit, iuxta prescriptam formam ei facias provideri. Sciturus pro certo, quod, si per examinationem eorum repertus[b] fuerit idoneus et tu ei iuxta mandatum

apostolicum neglexeris providere, cum hoc nobis per eorum litteras innotuerit, te ad id exequendum compelli, sicut expedit, faciemus. Datum etc.

a) *folgt Lücke* b) *statt* reppertus

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,635 Q 26,2 mit Ergänzungen nach 633f. Q 26,1.*
[2] *Innocenz III.*
[3] *X 3.5.16 (1198 April 3) (*POTTHAST *71 = Reg. 1, 76; ed.* HAGENEDER-HAIDACHER, *Die Register Innocenz' III. 1,113ff. Nr. 76). Zur Überlieferung vgl. R.* V. HECKEL, *Die Verordnung Innocenz' III. über die absolute Ordination und die Forma „Cum secundum apostolum", in: HJB 55 (1935), 277ff.;* DERS., *Zur Geschichte der Forma „Cum secundum apostolum", HJB 57 (1937), 86ff.;* HERDE, *Audientia 2,633f. Anm. 7 mit weiterer Literatur.*

## 337.[1]

Cum dilectus filius .. diaconus vel presbiter de .., lator presentium, a bone memorie episcopo .. vel a venerabili fratre nostro N. episcopo .. fuerit, sicut asserit, in subdiaconum ordinatus nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, nos felicis recordationis I.[2] etc. usque[3] inherentes eidem episcopo vel venerabili fratri nostro .. episcopo, successori illius, nostris damus litteris in mandatis, ut, si vos, quibus examinationem ipsius duximus committendam, eum idoneum esse reppereritis et ecclesiastico beneficio non indignum, tandiu ei vite necessaria congrue subministret, donec per eum competens ecclesiasticum beneficium fuerit assecutus. Quod si eum ad presentationem alicuius vel aliquorum virorum ecclesiasticorum, qui ei providere possint in competenti ecclesiastico beneficio, episcopus ipse vel predecessor ipse f. 44r promovit, per presentatorem vel | successorem ipsius, si ille forte decessit, iuxta prescriptam formam ei faciat provideri. – mandamus, quatinus eodem episcopo successore citato legitime, ut per se ipsum vel idoneum responsalem intersit et tam super idoneitate persone quam etiam super qualitate ac quantitate beneficii proponere sibi liceat quicquid rationabiliter duxerit proponendum, inquiras, que circa personam et idoneitatem ipsius fuerint inquirenda, et, si eum ad obtinendum ecclesiasticum beneficium reppereritis[a] non indignum, dictum episcopum successorem ad providendum ei iuxta formam mandati apostolici moneatis[b] et diligentius inducere procuretis. Quod si monitis vestris acquiescere forte noluerit, quod super hiis inveneritis, vestris nobis litteris

intimare curetis, ut eum ad provisionem ipsius, si dignus fuerit, compelli, sicut expedit, faciamus.

[a)] *statt* repereritis [b)] ti *korrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,636f. Q 26,3.*
[2] *Innocenz III. Vgl. Nr. 336 Anm. 3.*
[3] *Nach Nr. 336 zu ergänzen.*

338.[1]

.. Archipresbitero .. Cum dilectus filius P., lator presentium, a venerabili fratre nostro N. Andegaven.[2] episcopo ad presentationem tuam fuerit, sicut asserit, in subdiaconum ordinatus nec ullum sit etc. usque[3] inherentes – mandamus, quatinus, si dilecti filii A. et B., quibus examinationem ipsius duximus committendam, te citato etc. usque assecutus.[4] Sciturus pro certo, quod, si per examinationem eorum fuerit repertus idoneus et tu ei etc. ut supra usque in finem.[5]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,637 Q 26,4.*
[2] *Angers (Maine-et-Loire). Als Bischof kommt in Frage: Nicolaus de Geslant (1261-1290). Vgl. GAMS* 489; *EUBEL 1,88.*
[3] *Nach Nr. 336 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 336 zu ergänzen.*
[5] *Nach Nr. 336 zu ergänzen.*

339.

Iud. Cum dilectus filius P., lator presentium, a venerabili fratre nostro N. Andegaven.[1] episcopo ad presentationem dilecti filii .. archipresbiteri ecclesie .. .. diocesis fuerit, sicut asserit, in subdiaconum ordinatus nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus. Nos felicis recordationis etc. usque[2] inherentes eidem archipresbitero nostris damus litteris in mandatis, ut si, vos, quibus examinationem ipsius duximus committendam, eum idoneum esse reppereritis[a] et ecclesiastico beneficio non indignum, tandiu ei vite necessaria congrue subministret, donec per eum fuerit ecclesiasticum beneficium assecutus. Quocirca etc. ut supra.[3]

[a)] *statt* repereritis

[1] *Angers (Maine-et-Loire). Als Bischof kommt in Frage: Nicolaus de Geslant ob. Mich. (1260 M. Nov. - 1261). Vgl.* GAMS *489;* EUBEL *1,88.*
[2] *Nach Nr. 336 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 336 zu ergänzen.*

## 340.[1]

.. Episcopo .. Constitutus in presentia nostra dilectus filius P. de .. subdiaconus (vel: presbiter), lator presentium, nobis exposuit, quod, cum tibi super provisione ipsius, qui a te, sicut asserit, in subdiaconum vel presbiterum fuerit ordinatus[a] nullum est ecclesiasticum beneficium assecutus, in communi forma, secundum quam pro ordinatis sine titulo eorum ordinatoribus sedes apostolica
f. 44v scribere consuevit, direxerimus | scripta nostra, dilecto filio .. sibi super hoc monitore concesso, tu mandatum nostrum et monita ipsius obaudiens adimplere, quod mandavimus, non curasti, quamquam idem .. ipsum examinans iuxta formam ipsi traditam diligenter eum idoneum esse reppererit, prout ipsius nobis exhibite littere continebant. Nolentes igitur, ut idem subdiaconus vel presbiter occasione huiusmodi laboribus vacuis ulterius implicetur, et ne pro necessariorum defectu cogatur ad illicita extendere manus suas, fraternitati tue rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes, quod eidem saltem nunc provideas iuxta priorum continentiam litterarum, alioquin dilecto filio .. nostris damus litteris in mandatis, ut te ad id monitione premissa sublato appellationis obstaculo auctoritate nostra compellat, nisi rationabile quid obsistat.

[a)] et *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,640f. Q 26,8.*

## 341.[1]

Constitutus in presentia nostra dilectus filius .. etc. ut supra verbis competenter mutatis usque[2] manus suas, eidem episcopo nostris damus litteris in mandatis, ut eidem saltem nunc provideat iuxta priorum continentiam litterarum. Quocirca – mandamus, quatinus, si dictus episcopus mandatum nostrum neglexerit adimplere, tu eum ad id monitione premissa sublato appellationis obstaculo auctoritate nostra compellas, nisi rationabile quid obsistat.

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,641 Q 26,9.*
2 *Nach Nr. 340 zu ergänzen.*

## 342.[1]

.. Episcopo .. Constitutus in presentia nostra etc. usque exposuit,[2] quod[a] olim felicis recordationis G. papa decimus,[3] predecessor noster, tibi super provisione ipsius, qui, sicut asserit, a te in subdiaconum ordinatus, nullum etc. usque[4] consuevit, direxerit scripta sua, dilecto filio etc. usque[5] concesso, tu mandatum predecessoris ipsius et monitoris predicti monitiones obaudiens etc. ut in proxima sequenti.[b] [6]

a) cum *zu ergänzen*    b) *Rest von f. 44v leer*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,641f. Q 26,10.*
2 *Nach Nr. 340 zu ergänzen.*
3 *Gregor X. Aussteller ist somit einer seiner Nachfolger.*
4 *Nach Nr. 340 zu ergänzen.*
5 *Nach Nr. 340 zu ergänzen.*
6 *Nach Nr. 340 zu ergänzen.*

f. 45r

## 343. Ut iudicium sine suspitione procedatur secundum novam correctionem.[1]

Sua nobis A. filia quondam P. civis Bononien.[2] petitione monstravit, quod, cum inter ipsam et I. civem Bononien. coram R. archipresbitero plebis .. .. diocesis, cui venerabilis frater noster R. Bononien. episcopus,[3] iudex a sede apostolica delegatus, commiserat super hoc totaliter vices suas, matrimonii questio verteretur, idem archipresbiter cognitis huiusmodi cause meritis et iuris ordine observato diffinitivam pro dicta muliere sententiam promulgavit, a qua predictus civis ad apostolicam sedem appellans super appellatione sua ad te frater .. episcope Foroiulien.[4] nostras litteras impetravit. Cum igitur, sicut eadem A. asserit, non sit in huiusmodi appellationis causa ad litis contestationem processum, nos volentes, ut iudicium sine suspitione procedat, ad ipsius A. instantiam te, frater episcope Faventin.,[5] et te, fili abbas, ex officio nostro decisioni cause huiusmodi duximus adiungendos, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, in causa ipsa ratione previa

procedatis iuxta predictarum, tibi, predicte I. episcope Foroiulien.,[6] directarum nostrarum continentiam litterarum. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc.[7]

[1] *Vgl. im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,552ff. Q 18.*
[2] *Bologna.*
[3] *Für den fraglichen Zeitraum ist für Bologna kein Bischof mit der Initiale R belegt. Vgl.* GAMS *676;* EUBEL *1,140.*
[4] *Fréjus.*
[5] *Faenza.*
[6] *Bischof Jacob d'Eusa (d'Ossa) (Johannes XXII.) ist der einzige, auf den die Initiale zuträfe, doch war seine Amtszeit 1299 Dezember 19 bis 1300 Februar 4. Vgl.* GAMS *551;* EUBEL *1,252.*
[7] *Vgl. Nr. 27.*

## 344.

Sua nobis T. et G., nati quondam P. iudicis de .., laici .. diocesis, petitione monstrarunt, quod R., quondam P. laicus et B. relicta quondam N. de .. laici vidua .. diocesis asserentes, quod dicti T. et G. super quibusdam[a] pecuniarum, terris, possessionibus et rebus aliis ad eos communiter pertinentibus iniuriabantur eisdem, ad te, fili preposite, contra ipsos communiter super hoc in communi forma nostras litteras impetrarunt. Ut igitur iudicium sine suspitione procedat, te, fili M., ad petitionem dictorum T. et G., te vero, fili plebane, ex officio nostro decisioni cause huiusmodi duximus adiungendos. Quocirca mandamus, quatinus, si nondum est in causa ipsa ad litis contestationem processum, in ea ratione previa procedatis iuxta predictarum ad te, fili preposite, directarum super hoc continentiam litterarum. Quod si non omnes etc.[b 1]

a) *summis* zu ergänzen    b) *Rest von f. 45r leer; f. 45v leer*

[1] *Vgl. Nr. 27.*

f. 46r

## 345. Post iter arreptum.[1]

Dilecti filii P. Guidonis clerici Anagnin.[2] diocesis apud sedem apostolicam constituti precibus annuentes presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus, quicquid inveneris in eius preiudicium temere attemptatum, postquam idem clericus causa peregrinationis et pro quibusdam suis negotiis promovendis iter

arripuit ad sedem veniendi predictam, in statum debitum legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* Herde, *Audientia 2,629f. Q 24,1.*
[2] *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*
[3] *Die Testes-Klausel entfällt in Reskripten „Post iter" gemäß Nr. 85.11, dazu das Kapitel „Notule". Vgl. auch* Herde, *Zeugenzwang 279;* ders., *Audientia 1,231; 2,64 N 62,11.*

### 346. Pro transfretantibus.[1]

Cum in sacro generali concilio provida fuerit deliberatione statutum,[2] ut crucesignatorum bona transfretantium in subsidium terre sancte sub apostolice sedis defensione consistant et ea omnia integra maneant et quieta, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, quicquid super bonis dilecti filii P. laici .. diocesis redeuntis de partibus transmarinis, postquam idem .. vivice crucis assumpto signaculo iter arripuit in dicte terre subsidium transfretandi, inveneris in eius preiudicium temere attemptatum, in statum debitum legitime revocare procures, contradictores etc. ut supra.[a] [3]

[a)] *Rest von f. 46r leer*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* Herde, *Audientia 2,630f. Q 24,2.*
[2] *c. 10 (11, 12) Conc. Lat. I.*
[3] *Nach Nr. 345 zu ergänzen.*

f. 46v

### 347. Privilegium crucesignatorum.[1]

Dilecto filio .. de .. militi (vel: laico) crucesignato .. diocesis. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Cum igitur zelo fidei ac defensionis[a] accensus signo vivice crucis assumpto proposueris in terre sancte subsidium proficisci, nos tuis iustis[b] postulationibus grato concurrentes[c] assensu personam tuam cum familia et omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et

presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut, postquam in primo generali passagio a sede apostolica statuendo iter arripueris transmarinum, donec de tuo reditu vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et quieta. Nulli etc. nostre protectionis et constitutionis infringere etc.

a) *statt* devotionis  b) iustis *am Rand, durch Zeichen eingefügt, Texthand, Texttinte*
c) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,464f. Q 13,1.*

### 348. Conservatoria pro eodem.[1]

.. Episcopo .. Cum dilectum filium .. de .. militem (vel: laicum) tue diocesis, qui zelo fidei et devotionis accensus signo vivice crucis assumpto proposuit in terre sancte subsidium proficisci, cum familia et omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet, sub protectione beati Petri susceperimus atque nostra, statuentes, ut, postquam in primo generali passagio a sede apostolica statuendo[2] iter arripuerit transmarinum, donec de suo reditu vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et quieta, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus non permittas ipsum contra protectionis et constitutionis nostre tenorem super hiis ab aliquibus[a] molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt et que personam, familiam et bona non contingunt ipsorum, te aliquatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus et nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas. Dat. etc.

a) indebite *zu ergänzen*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,465ff. Q 13,2 u. 469f. Q 13,4b.*
[2] *c. 10 (11, 12) Conc. Lat. I.*

## 349. Pro viro et uxore.

Dilecto filio P. et dilecte in Christo filie M. uxori eius crucesignatis civibus
f. 47r Ana|gnin.[1] etc. ut supra proxima[2] si autem fuerint in diocesi, diocesis postponitur.

[1] *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*
[2] *Nach Nr. 348 zu ergänzen.*

## 350. Pro rectore et quod possit ecclesiasticos redditus obligare.

Dilecto filio .. rectori ecclesie de .. crucesignato .. diocesis etc. Sacrosancta etc. usque[1] personam tuam cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, que in presentiarum etc. usque[2] quieta, ut autem facilius et efficacius reddere valeas domino, votum tuum percipiendi ac obligandi redditus tuos ecclesiasticos a tempore predicti passagii usque ad tempus in generali crucesignatorum indulgentia[3] comprehensum liberam tibi concedimus facultatem, ita, quod illi quibus committendos duxeris vel etiam obligandos extunc infra prescriptum tempus cum ea integritate[a] fructus percipiant eorundem, cum qua tu illos perciperes, si personaliter in illis ecclesiis resideres, in quibus eos dinosceris obtinere. Nulli ergo etc. nostre protectionis constitutionis et concessionis etc.

[a] at *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

[1] *Nach Nr. 347 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 347 zu ergänzen.*
[3] *c. 10 (11, 12) Conc. Lat. I.*

## 351. Executoria pro eodem.

.. Episcopo .. Cum dilectum filium .. etc. ut supra usque[1] obtinere verbis competenter mutatis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum non permittas contra protectionis et concessionis nostre tenorem super hiis ab aliquibus indebite molestari, molestatores etc.;[2] attentius provisurus, quod interim eidem ecclesie predictus rector faciat,[a] nisi sit in capiceriatus officio, per ydoneum vicarium deserviri et ne de hiis, que cause cognitionem exigunt et que personam etc.[3]

[a)] *am Rand* at(tende)

[1] *Nach Nr. 350 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 348 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 348 zu ergänzen.*

352.

Nota, quod clausula hec „Proviso“ non ponitur in protectione, sed in litteris conservatoriis tamen, et non ponitur semper in illis, sed tunc tamen, quando dantur conservatores alicui rectori vel habenti aliqua ecclesiastica beneficia, personatum vel dignitatem aliquam, que requirat presentiam corporalem.

353.[1]

Nota, quod, si crucesignatus fuerit rector alicuius ecclesie, dicetur post illud verbum „compescendo“ „attentius provisurus, quod idem rector interim eidem ecclesie per ydoneum faciat vicarium deserviri, et quod de hiis, que cause cognitionem etc.“

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,467 Q 13,2a.*

354.[1]

Nota, quod, si fuerit decanus vel archidiaconus vel alium personatum habens, dicetur sic „attentius provisurus, quod idem decanus vel archidiaconus interim eiusdem decanatus vel archidiaconatus officio per ydoneum etc.“[a]

[a)] *Rest von f. 47r leer*

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,467 Q 13,2a.*

f. 47v

Omnes libertates et immunitates.

355. Pro abbate et conventu confirmatio et protectio.[1]

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii .. ordinis .. .. diocesis. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum vel monasterium, in quo divino estis obsequio[a] mancipati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, domos, vineas et alia bona vestra, sicut ea iuste et pacifice[b] possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus etc. usque[2] communimus. Nulli etc. nostre confirmationis[c] etc.

a) *am Rand* at(tende) b) *am Rand* protectionis, *wohl von anderer Hand*
c) confi *aus* pro *korrigiert*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,449 Q 9,1a.*
2 *Nach* HERDE, *Audientia 2,449 Q 9,1a zu ergänzen: „confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus".*

356. Omnes libertates et immunitates.[1]

Cum a nobis etc. usque assensu[2] omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus domui vestre concessas necnon libertates et[a] exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, terras quoque, decimas et bona alia vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate etc. usque communimus.[3] Salva in predictis decimis moderatione concilii generalis.[4] Nulli etc. ut supra.

a) libertates et *am Rand, durch Zeichen eingefügt, Texthand, Texttinte*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,444f. Q 8,1.*
2 *Nach Nr. 355 zu ergänzen.*
3 *Nach Nr. 355 zu ergänzen.*
4 *c. 55 Conc. Lat. IV = X 3.30.34.*

## 357. Super eodem et privilegia.

Cum a nobis etc. usque[1] pontificibus sive per privilegia sive litteras vobis et ecclesie vestre concessas necnon libertates etc. usque[2] indultas, sicut ea iuste et[a] pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate etc. usque in finem.[3]

[a)] et *aus* ea *korrigiert*

[1] *Nach Nr. 356 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 356 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 356 zu ergänzen.*

## 358. Confirmatio alicuius ecclesie.[1]

Iustis petentium desideriis dignum est non[a] facile[b] prebere assensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam sancti .. .. diocesis cum pertinentiis suis, quam te canonice proponis adeptum, sicut eam iuste possides et quiete, tibi auctoritate apostolica
f. 48r confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. | Nulli etc. ut supra.

[a)] *statt* nos    [b)] *statt* facilem

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,460 Q 11,8.*

## 359. Confirmatio alicuius perpetui beneficii.

Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecte in domino fili etc. usque assensu[1] vel tuis iustis precibus inclinati perpetuum beneficium, quod in ecclesia de .. te canonice proponis adeptum, sicut illud iuste possides etc. ut supra.[2]

[1] *Nach Nr. 358 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 358 zu ergänzen.*

## 360. Prohemium.[1]

Ea, que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata consistere et, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri. Eapropter etc.[a]

[a] *Rest von f. 48r leer*

[1] *Dieses Incipit leitet auch Bestätigungen von Schiedssprüchen und Vergleichen ein, vgl.* HERDE, *Audientia 2,470 Q 14,1.*

f. 48v

## 361. Super correctione monachorum.[1]

Abbati etc. Significasti nobis, quod nonnulli monasterii tui monachi, ut tuam correctionem evitent et regularem effugiant disciplinam, frivole appellationis obstaculum sepius interponunt sicque illorum excessibus remanentibus impunitis reliqui assumunt exinde audaciam delinquendi, super quo petiisti per apostolice sedis providentiam subveniri. Cum igitur appellationis remedium non ad diffugium malignantium sed oppressorum suffragium sit inventum, – mandamus, quatinus non obstante frivole appellationis obiectu in corrigendis tuorum monachorum excessibus libere officii tui debitum exequaris. Datum etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie*, *ed.* HERDE, *Audientia 2,365f. K 218a.*

## 362.

Vel sic: Exhibita nobis tua petitio continebat, quod quidam monasterii tui monachi et conversi, ut tuam etc. usque subveniri.[1] Cum igitur usque inventum discretioni tue presentium auctoritate concedimus, ut non obstante etc. usque[2] obiectu in corrigendis predictorum et aliorum tuorum subditorum excessibus officii tui debitum exequaris. Datum etc.

[1] *Nach Nr. 361 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 361 zu ergänzen.*

## 363. Super eodem et conversorum et a sententia excommunicationis.[1]

Exhibita etc. usque[2] continebat, quod nonnulli monasterii tui monachi et conversi pro violenta iniectione manuum in se ipsos et quidam pro detentione proprii, alii etiam pro denegata tibi et predecessoribus tuis obedientia seu conspirationis offensa in excommunicationis laqueum inciderunt, quorum monachorum quidam divina celebrarunt officia et receperunt ordines sic ligati. Quare super hiis eorum provideri saluti a nobis humiliter postulasti. De tua itaque circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes discretioni tue presentium auctoritate concedimus, ut eosdem excommunicatos hac vice absolvas ab huiusmodi excommunicationum sententiis iuxta formam ecclesie vice nostra et iniungas eis, quod de iure fuerit iniungendum, proviso, quod manuum iniectores, quorum fuerit gravis et enormis excessus,[a] mittas ad sedem apostolicam absolvendos. Cum illis autem ex eisdem monachis, qui facti immemores vel iuris ignari absolutionis beneficio non obtento receperunt ordines et divina officia celebrarunt, iniuncta eis pro modo culpe penitentia
f. 49r competenti eaque peracta[b] li|ceat tibi[c] misericordia, que superexaltat iudicio,[3] prout eorum saluti expedire videris, dispensare. Si vero prefati monachi excommunicati scienter, non tamen in contemptum clavium talia presumpserunt, eis per biennium ab eorundem ordinum executione suspensis et imposita eis penitentia salutari eos postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittas. Proprium autem, si quod habent dicti monachi et conversi, in tuis facias manibus resignari in utilitatem dicti monasterii convertendum. Datum etc.

a) *am Rand* at(tende)  b) ceat tibi *Reklamant*  c) de *zu ergänzen*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,361ff. K 215 u. 651f. QV 281.*
[2] *Nach Nr. 361 zu ergänzen.*
[3] *Iac. 2, 13: Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia iudicium.*

## 364. Super absolutione monialium.[1]

Episcopo .. Exhibita nobis dilecte in Christo filie .. abbatisse monasterii de .. ordinis .. tue diocesis petitio continebat, quod nonnulle monasterii sui moniales

et converse pro violenta manuum iniectione in se ipsas et quedam pro detentione proprii, alie etiam pro denegata tam eidem quam abbatissis, que ipsi monasterio pro tempore prefuerunt, obedientia seu conspirationis offensa in excommunicationis laqueum inciderunt, quarum quedam sic ligate presumpserunt se divinis officiis imiscere.[a] Quare super hiis dicta abbatissa earum providere saluti a nobis humiliter postulavit. De tua igitur[b] circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut easdem moniales[c] hac vice absolvas etc. usque[2] iniungendum. Proprium autem, si quod habent dicte moniales et converse, in dicte abbatisse manibus facias resignari in utilitatem etc.[3]

a) *statt* immiscere b) tuaigitur *mit Trennungsstrich* c) *am Rand* at(tende)

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,363f. K 217.*
2 *Nach Nr. 363 zu ergänzen.*
3 *Nach Nr. 363 zu ergänzen.*

### 365. Contra indulta privilegiorum.[1]

Sub regulari[a] habitu vacantibus studio pie vite ita debemus esse propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non possint obstaculis impediri. Cum igitur, sicut dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Septemfontibus[2] ordinis .. .. diocesis nobis insinuare curarunt, a nonnullis, qui nomen domini in vacuum recipere[3] non formidant, diversas, sicut accepimus, patiuntur iniurias et iacturas, nos volentes eorundem abbatis et conventus providere quieti et perversorum conatibus obviare discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsos abbatem et conventum pro nostra et apostolice sedis reverentia favoris oportuni presidiis prosequens non permittas eos contra indulta privilegiorum sedis ipsius ab aliquibus indebite
f. 49v molestari, | molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attentius provisurus, ne de hiis, super quibus lis[b] est forte iam mota seu[c] que cause cognitionem exigunt et que indulta huiusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas nec in episcopos aliosve superiores prelatos excommunicationis seu suspensionis aut in universitatem aliquam interdicti sententias promulgare presumas; nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te illarum auctoritate

haberi contigerit, omnino carere viribus et nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas; presentibus post triennium minime valituris. Dat. etc.

[a)] *statt* religionis [b)] s *aus* x *korrigiert* [c)] u *interlinear darüber geschrieben, durch Zeichen einkorrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,433f. Q 6,1a.*
[2] *Septfons (Moulins). Nachweise: Les registres d'Innocent IV, Nr. 5167, 5168.*
[3] *Vgl. Ex. 20, 7: Non assumes nomen dei tui in vanum. Die mittelalterlichen Überlieferung kennt vanum und vacuum, vgl. die kritische Edition von H.* QUENTIN, *Biblia sacra iuxta Latinam vulgatam versionem ... recensuit, Bd. 2 Exodus, Rom 1929, 180, im Apparat zu „vanum".*

## 366. Contra raptorum, predonum et invasorum audaciam.[1]

Pium esse dinoscitur, ut gloriantibus in malitiis[2] per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultui possint in observatione mandatorum domini gloriari. Cum itaque dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de .. ordinis .. .. diocesis a nonnullis, qui in vacuum nomen domini recipere[3] non formidant, diversis, ut accepimus, perturbentur iniuriis et iactueris, nos volentes eorundem abbatis et conventus providere quieti et molestantium malitiis obviare – mandamus, quatinus ipsis abbati et conventui contra raptorum, predonum et invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens non permittas eos in personis et bonis suis a talibus molestari, molestatores etc. ut supra usque[4] exigunt et que personas et bona non contingunt ipsorum, te etc. ut supra proxima usque in finem.[5]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,416f. Q 4,1.*
[2] *Vgl. Ps. 51, 1: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?*
[3] *Vgl. Ex. 20, 7: Non assumens nomen dei tui in vanum.*
[4] *Nach Nr. 365 zu ergänzen.*
[5] *Nach Nr. 365 zu ergänzen.*

## 367. Super eodem pro episcopo.[1]

Presumentium ministros dei persequi[a] debet elidi temeritas, ut eis a perversitate cohibitis sit illis facile commissi sibi curam officii salubriter exercere. Cum itaque etc. usque in finem mutatis mutandis.[2]

[a)] *statt* prosequi

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,419 Q 4,2a.*
[2] *Nach Nr. 366, 365 zu ergänzen.*

### 368. Contra nonnullos iniquitatis filios occultos detentores bonorum ecclesie.[1]

Significavit nobis dilectus filius .. prior secularis ecclesie sancti .. Viterbien.,[2] quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, decimas, redditus, census, pensiones, legata, instrumenta publica et nonnulla alia bona ad prioratum suum
f. 50r ipsius ecclesie spectantia temere ac malitiose occultare et occulte deti|nere presumunt non curantes ea ipsi priori exhibere in animarum suarum periculum et eiusdem prioratus non modicum detrimentum, super quo idem prior apostolice sedis remedium imploravit. – mandamus, quatinus omnes huiusmodi occultos detentores decimarum, reddituum et aliorum bonorum premissorum ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel per alium moneas, ut infra competentem terminum, quem eis prefixeris, ea dicto priori a se debita restituant et revelent ac de ipsis plenam ac debitam satisfactionem impendant et, si id non impleverint infra alium terminum competentem, quem eis ad hoc peremptorie duxeris prefigendum, extunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas et eam facias, ubi et quando expedire videris, usque ad satisfactionem condignam solenniter publicari. Datum etc.

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,424ff. Q 5.*
[2] *Viterbo.*

### 369. Super eodem pro executore testamenti.[1]

Sua nobis I. de .. miles et alii executores testamenti quondam V. de .. laici .. diocesis, petitione monstrarunt, quod nonnulli iniquitatis filii, quorum non habent notitiam, quandam pecunie summam et res alias, quas dictus V. ad se spectantes per manus executorum ipsorum in pios usus erogari mandavit, malitiose occultarunt et occulte detinere presumunt in animarum suarum periculum, non curantes ea dictis executoribus exhibere, propter quod dicti testamenti executio impeditur. Super quo prefati executores apostolice provisionis remedium implorarunt. – mandamus, quatinus omnes huiusmodi

occultos detentores publice in ecclesiis coram populo per te vel per alium moneas, ut infra terminum competentem a te prefigendum eisdem pecuniam et res predictas executoribus memoratis assignent per eos iuxta dispositionem dicti V. in pios usus convertendos. Alioquin extunc, si infra alium congruum terminum peremptorium competentem, quem super hiis assignabis eisdem, monitioni tue non paruerint in hac parte, in eos excommunicationis sententiam proferas generalem, faciens eam, etc. ut supra proximum.[2]

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,430f. Q 5,7 u. Q 5,7a.*
[2] *Nach Nr. 368 zu ergänzen.*

## 370. Sic sibi, quod nulli alii.[1]

Sua nobis P. dictus .., canonicus ecclesie sancti .., petitione monstravit, quod, licet ipse iamdudum in eadem ecclesia auctoritate apostolica sit receptus in canonicum et in fratrem, nondum tamen est in ea prebendam aliquam assecutus. Nos itaque ipsius canonici supplicationibus inclinati receptionem
f. 50v huiusmodi, sicut provide facta est, ratam et gratam ha|bentes ac eam auctoritate apostolica confirmantes discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, eidem canonico de prebenda sic sibi, quod[a] nulli alii de iure debita, si qua in dicta ecclesia vacat adpresens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium providere procures inducens ipsum in corporalem possessionem eiusdem prebende et defendens inductum, contradictores etc.[2] Testes non.[b] [3]

[a)] *statt* et [b)] *Rest von f. 50v leer; f. 51r, 51v, 52r, 52v, 53r, 53v, 54r, 54v, 54r, 55v, 56r, 56v leer; f. 56 v* conclusiones *Reklamant*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,655f. QV 325a.*
[2] *Nach Nr. 345 zu ergänzen.*
[3] *Der Fortfall der Testes-Klausel in den Formeln „Sic sibi, quod nulli alii" ist in der Notula Nr. 85.21 festgelegt.*

f. 57r

## Conclusiones super revocatoriis.

### 371. Quando appellatur ante sententiam diffinitivam.[1]

Nota, quod appellatio quandoque fit ante sententiam diffinitivam, quandoque post. Si[a] ante, talis erit conclusio: Mandamus, quatinus de sententia ipsa cognoscens legitime, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas etc.[2] Testes etc.[3] Et hoc, si feratur super temporalibus. Si vero super spiritualibus, dicetur: quod canonicum fuerit etc.[4]

a) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,495f. Q 15,2.*
[2] *Nach Nr. 413 zu ergänzen.*
[3] *Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Bestimmung findet, folgt die Testes-Klausel. Vgl. dazu die Bestimmungen im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,63ff. N 62 u. 495, Q 15,1 mit 495 Anm. 1.*
[4] *Nach Nr. 371 zu ergänzen.*

### 372. Quando appellatur a gravamine illato per delegatum a pape.[1]

Si appelletur a gravamine et fuerit delegatus, conclusio talis est: Mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum debitum quicquid post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota previa ratione procedas, alioquin partes ad prioris iudicis remittas examen,[a] appellantem in expensis legitimis condempnando. Testes etc.[2]

a) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,496f. Q 15,4.*
[2] *Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Bestimmung findet, folgt die Testes-Klausel. Innocenz III. verfügte jedoch, dass alle Gerichtsverhandlungen, Zwischen- und Endurteile sowie Schiedssprüche in schriftlicher Form vorliegen und beurkundet werden mussten (X 2.19.11). Wenn ein Urkundenbeweis angetreten werden konnte, entfiel die Testes-Klausel, da einer Urkunde die größere Beweiskraft zugemessen wurde. Vgl.* HERDE, *Zeugenzwang 278f.*

### 373. Quando appellatur a gravamine illato non ex delegatione apostolica.[1]

Quando questio vertitur non ex delegatione apostolica et appellatur a gravamine, conclusio talis est: Mandamus, quatinus, si est ita, revocato in

statum debitum quicquid post appellationem huiusmodi etc. usque attemptatum,[2] audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens etc.[3] alioquin partes etc.[4] appellantem etc.[5] Testes etc. ut supra.[6]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,497f. Q 15,5.*
[2] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[3] *Die vollständige Form der Exekutionsklausel lautet: „faciens, quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari". Vgl.* HERDE, *Audientia 1,204.*
[4] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[5] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[6] *Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Bestimmung findet, folgt die Testes-Klausel.*

## 374. Quando sententia diffinitiva petitur confirmari.[1]

Si vero petatur diffinitiva sententia confirmari, conclusio talis est: Mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut est iusta,[a] facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari.

a) sicut est iusta *am Rand, durch Zeichen eingefügt, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,498 Q 15,6.*

## 375. Quando diffinitiva et excommunicationis sententie confirmari petuntur.[1]

Quando diffinitiva et excommunicationis sententie simul confirmari petuntur, conclusio talis est: Mandamus, quatinus sententias ipsas, diffinitivam videlicet, sicut est iusta, per censuram ecclesiasticam, excommunicationis vero, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,499 Q 15,8.*

## 376. Quando excommunicationis sententia fertur post appellationem.[1]

Si vero sententia excommunicationis post appellationem feratur, conclusio talis est: Mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam inveneris

post appellationem huiusmodi esse latam, denunties eam penitus non tenere ac revocato[a] in statum debitum quicquid post appellationem eandem inveneris
f. 57v temere attemptatum, in causa ipsa appellatione remota previa ratione procedas | iuxta priorum continentiam litterarum, alioquin etc. appellantem.[b] Testes etc.[2]

[a)] to *auf Rasur, Texthand, Texttinte* [b)] etc. *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,500 Q 15,9.*
[2] *Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Bestimmung findet, folgt die Testes-Klausel.*

## 377. Idem.[1]

Mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem huiusmodi inveneris esse latam, denunties eam penitus non tenere ac revocans in statum debitum quicquid post appellationem eandem inveneris temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota previa ratione procedas, alioquin etc. appellantem etc. Testes etc.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,500 Q 15,9.*
[2] *Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Bestimmung findet, folgt die Testes-Klausel.*

## 378. Quando iudex defert appellationi.[1]

Quando iudex per appellationem infirmat sententiam diffinitivam non ex delegatione apostolica promulgatam, conclusio talis est: Mandamus, quatinus de utroque processu cognoscens legitime illum, quem legitimum inveneris, appellatione remota confirmare procures, reliquo, sicut iustum fuerit, infirmato. Testes non.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,502f. Q 15,12.*
[2] *Vgl. Nr. 85.18. Da Endurteile schriftlich niedergelegt wurden, war ein Urkundenbeweis möglich, der Zeugenbeweis war überflüssig. Vgl.* HERDE, *Zeugenzwang 278f.;* DERS., *Audientia 1,230; 2,65 N 62,19.*

## 379. Confirmatio compositionis.[1]

Mandamus, quatinus ad observationem compositionis ipsius, sicut rite et sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta, monitione premissa per censuram[a] ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo confirmetis. Vel: faciatis monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione[b] remota firmiter observari. Vel: sicut compositionem ipsam,[c] sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte servata,[d] facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari.

a) *am Rand, durch Zeichen eingefügt, Texthand, Texttinte* b) *am Rand* at(tende)
c) sicut *zur ergänzen* d) *durch Umsetzungszeichen aus* servata sponte *korrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,503f. Q 15,13.*

## 380. Quando post diffinitivam sententiam sequitur excommunicatio.[1]

Quando appellatur a diffinitiva sententia et postea sequitur excommunicatio, conclusio talis est: Mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interiectam inveneris esse latam, denunties eam penitus non tenere ac in ipsius causa appellationis procedens legitime diffinitivam ipsam confirmare vel infirmare usuris cessantibus[2] appellatione remota procures, prout de iure fuerit faciendum. Datum etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,504 Q 15,14.*
[2] *Wenn es sich bei dem Streitgegenstand um Besitz handelt, folgt der Zusatz „usuris cessantibus“ (Nr. 34).*
[3] *Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

## 381. Super eodem pro laico.[1]

Si vero fuerit excommunicationis sententia lata post appellationem et fuerit laicus, qui convenitur, dicetur sic: Mandamus, quatinus in appellationis causa procedens legitime diffinitivam ipsam etc. ut supra.[a] [2]

a) *es folgt eine leere Zeile*

[1] *Vgl. eine ähnliche Conclusio im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,506 Q 15,16.*
[2] *Nach Nr. 380 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

## 382.

Mandamus, quatinus ut supra proxima.

## 383. Quando officialis metropolitani post appellatione tulit excommunicationis sententiam.[1]

f. 58r Mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem legitimam inveneris esse latam, denunties eam penitus non valere ac in huiusmodi appellationis causa procedens legitime diffinitivam etc. usque in finem.[2] Si vero officialis metropolitani tamen excommunicaverit et non officialis suffraganei, conclusio non mutatur, scilicet: si dictam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interiectam etc.[3] Sed, si officialis suffraganei tulit sententiam diffinitivam et ab officiali metropolitani appellatur a gravamine, concludetur: vocatis, qui fuerint evocandi, ut in forma.[a] [4]

[a)] *es folgt eine leere Zeile*

[1] *Vgl. ähnliche Conclusiones im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,509f. Q 15,20, Q 15,22 u. Q 15,23.*
[2] *Nach Nr. 380 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*
[3] *Nach Nr. 380 zu ergänzen.*
[4] *Die vollständige Form der Conclusio lautet: „vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis". Vgl.* HERDE, *Audientia 1,239.*

## 384. Quando officialis metropolitani, ad quem appellatur, noluit admittere procuratorem.[1]

Sua nobis A.[a] clericus Parisien.[2] diocesis petitione monstravit, quod, cum B. de .. presbiter eiusdem diocesis ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. officiali .. non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem officialis perperam in huiusmodi causa procedens contra dictum clericum sententiam promulgavit iniquam, a qua idem clericus primo[b] ad Senonen.[3] curiam, loci metropoliticam, et[c] demum, quia officialis eiusdem curie

procuratorem suum legitimum mandatum sufficiens exhibentem admittere contra iustitiam denegavit, quamquam causa rationabilis non esset, propter quam ipse deberet personaliter comparere, ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) de .. *zu ergänzen* b) *interlinear darüber nachgetragen, Texthand, Texttinte*
c) et *auf Rasur, folgt Lücke*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,510f. Q 15,24.*
[2] *Paris (Seine).*
[3] *Sens (Yonne). Das Bistum Paris unterstand als Suffragan dem Erzbistum Sens.*

## 385. Quando non ex delegatione apostolica fertur sententia diffinitiva et post appellationem ab ea fertur sententia excommunicationis.[1]

Significavit nobis A. de .. clericus (sive: laicus) .. diocesis (vel: civis ..), quod, cum B. de .. laicus (sive: clericus) .. diocesis ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. archidiacono (vel: decano, vel: coram .. officiali archidiaconi vel: decani), ad quem huiusmodi causarum cognitio in archidiaconatu (vel: decanatu)[a] suo, in quo partes consistunt (vel: in quo dictus A. constitit), de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem archidiaconus (vel: decanus, seu: officialis) perperam in huiusmodi causa procedens iniquam contra dictum clericum diffinitivam sententiam
f. 58v promulgavit, a qua dictus clericus ad nostram duxit audientiam | appellandum. Sed idem archidiaconus (vel: decanus, vel: officialis) huiusmodi appellatione contempta tulit excommunicationis sententiam in eundem. – mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam etc. ut in precedenti secunda.[2]

a) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,511f. Q 15,25.*
[2] *Nach Nr. 383 (erste Conclusio) zu ergänzen.*

386.[1]

Nota, quod sic fit, si appellatur ad curiam episcopi loci ab audientia archidiaconi vel decani vel eorum officialium, sicut fit, quando appellatur a suffraganeo ad metropolitanum. Sed si aliquis vellet appellare ad metropolitanum omisso episcopo loci, non potest; sed ad Romanam curiam vel eius legatum bene potest.

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,512 Q 15,26.*

387. Quando fertur sententia contra absentem non per contumaciam, et quia noluit parere, fertur sententia excommunicationis.[1]

Sua nobis P.[a] clericus .. diocesis petitione monstravit, quod, cum I. de .. laicus .. diocesis contra eum[2] absentem non per contumaciam nec citatum iniquam sententiam[b] diffinitivam,[c] si diffinitive non pareret eidem, excommunicationis sententiam promulgavit. Quod cum ad ipsius pervenit notitiam, statim duxit ad sedem apostolicam appellandum. – mandamus, quatinus in appellationis causa procedens legitime diffinitivam ipsam etc. usque faciendum.[3]

[a] de .. *zu ergänzen* [b] *am Rand* at(tende) [c] et *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,512f. Q 15,27.*
[2] *Sprung infolge Homoioteleuton. Nach* HERDE, *Audientia 2,512f. Q 15,27 zu ergänzen:* super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis ad .. .. diocesis nostras litteras impetrasset, idem iudex contra ipsum.
[3] *Nach Nr. 380 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

388.[1]

Si vero excommunicationis sententia post diffinitivam fuerit promulgata, concluditur sic omnibus alii retentis:[a] Mandamus, quatinus, si est ita, eidem P. iuxta formam ecclesie[b] beneficium absolutionis impendas in appellationis causa etc.[2]

[a] *statt* remotis [b] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Conclusio im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,513 Q 15,28.*
[2] *Nach Nr. 388 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

### 389. Super eodem a delegato cum diversis clausulis.[1]

Sua nobis P. de .. miles .. diocesis petitione monstravit, quod, cum I. de .. clericus .. diocesis ipsum super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis coram .. archipresbitero ecclesie sancti .. Parisien.[2] auctoritate apostolica traxisset in causam, idem archipresbiter perperam in huiusmodi causa procedens iniquam contra eundem militem diffinitivam ac in ipsum diffinitive eidem parere nolentem excommunicationis sententiam promulgavit, a quibus idem miles ad nostram duxit audientiam appellandum.[a] – mandamus, quatinus, si est ita, excommunicationis sententia, sicut iustum fuerit, relaxata, in appellationis causa etc.[3] Vel: mandamus, quatinus eo prius sufficientem cautionem prestante, quod ipsi diffinitive parebit, si eam constiterit esse veram, iuxta formam ecclesie sententiam excommunicationis relaxans eandem et in appellationis causa procedens legitime[b] diffinitivam sententiam confirmare
f. 59r appellatione remota etc. usque faciendum.[4] | Vel: eo prius sufficientem cautionem prestante, quod ecclesie mandatis parebit etc.[5]

Si[c] vero lata diffinitiva excommunicationis sub condictione[d] sequatur, si, nisi infra certum tempus litigatorum[e] paruerit et infra tempus et decendium fuerit appellatum, conclusio talis est: Mandamus, quatinus, si est ita, predictam excommunicationis sententiam denunties non tenere et in appellationis causa etc.[6]

a) *am Rand* at(tende) b) *am Rand* at(tende) c) *am Rand* at(tende)
d) *statt* conditione e) *statt* litigator

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,513f. Q 15,29.*
[2] *Paris (Seine).*
[3] *Nach Nr. 388 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*
[4] *Nach Nr. 380 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*
[5] *Nach Nr. 389 zu ergänzen.*
[6] *Vgl. eine ähnliche Conclusio im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,514 Q 15,30. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

390.[1]

Sciendum est similiter, quod iudex aliquando profert sententiam partim pro uno et partim pro alio, et iudex[a] appellationis partim confirmat et partim infirmat, ut superius exprimitur.

[a)] in causa *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,515 Q 15,31.*

391. Quando sententia fertur partim pro et partim contra.[1]

Significavit nobis P. de .. clericus .. diocesis, quod, cum ipse N. de .. eiusdem diocesis super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. officiali .. non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem officialis in causa ipsa procedens partim pro ipso et partim contra ipsum (vel: contra alium) diffinitivam sententiam promulgavit, a qua dictus P. in eo, quod contra ipsum lata extitit, ad nostram audientiam appellavit (vel: ad .. metropolitani sui audientiam appellavit, vel: ad sedem apostolicam appellavit). – mandamus,[a] quatinus in huiusmodi appellationis causa legitime procedens sententiam ipsam[b] in eo, quod contra dictum P. lata extitit, usuris cessantibus confirmare vel infirmare appellatione remota etc. usque faciendum.[2]

[a)] *am Rand* at(tende)
[b)] sententiam ipsam *durch Umsetzungszeichen aus* ipsam sententiam *korrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,515f. Q 15,31.*
[2] *Nach Nr. 380 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

392. Quando appellatur ad metropolitanum et finito appellationis articulo pro parte infirmat et pro parte confirmat sententiam.[1]

Significavit nobis P. de .. etc. usque procedens sententiam ipsam in eo, quod contra ipsum confirmata extitit, confirmare vel infirmare etc.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,516f. Q 15,33.*
[2] *Nach Nr. 380 zu ergänzen.*

## 393. Secunda conclusio in causa matrimoniali.[1]
## Quando vertitur coram episcopo vel eius officiali et appellatur a diffinitiva.

Sequitur secunda conclusio in causa matrimoniali. Quando vertitur coram .. episcopo vel eius officiali et appellatur a diffinitiva, sic narratur et concluditur: Significavit nobis P. de .. laicus (vel: I. de .. clericus in minoribus ordinibus constitutus) .. diocesis, quod[a] inter ipsum et M. de .. mulierem .. diocesis coram .. episcopo .. (vel: eius officiali) non ex delegatione apostolica matrimonii questio[b] verteretur, idem episcopus in huiusmodi causa procedens (vel: idem officialis perperam in huiusmodi causa procedens) iniquam contra eundem P. diffinitivam sententiam promulgavit, a qua dictus P. ad nostram
f. 59v duxit audientiam | appellandum. Sed idem episcopus (vel: officialis) huiusmodi appellatione contempta excommunicationis tulit sententiam in eundem. – mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interiectam inveneris esse latam, denunties eam penitus non valere ac in huiusmodi[c] appellationis causa procedens legitime diffinitivam ipsam cognoscens legitime, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris etc.[d] [2]

[a)] cum *zu ergänzen* [b)] *am Rand* at(tende) [c)] *am Rand* at(tende)
[d)] *am Rand ein Kreuz*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,517f. Q 15,34.*
[2] *Nach Nr. 88 zu ergänzen: „per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Dat. etc." In Eheangelegenheiten entfällt die Testes-Klausel (Nr. 244). Vgl. dazu auch HERDE, Zeugenzwang 272f.; DERS., Audientia 1,223; 2,63 N 62,3.*

## 394. Nota.[a]

Et[1] est sciendum, quod in causis matrimonialibus nulli scribitur nisi episcopis vel archiepiscopis.[2]

Si[3] autem matrimonialis causa vertatur coram archidiacono vel decano, dicetur sic:[4]

[a)] *am Rand* Nota

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,518 Q 15,34.*

[2] *c. 60 Conc. Lat. IV = X 5.31.12. Vgl. Nr. 83.*
[3] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,518f. Q 15,35.*
[4] *Anschluss Nr. 395.*

## 395. Quando appellatur a sententia diffinitiva lata in causa matrimoniali per archidiaconum vel decanum.[1]

Significavit nobis P. de .. clericus .. diocesis, quod, cum inter ipsum et A. de .. mulierem .. diocesis coram .. archidiacono (vel: decano .., seu: .. officiali archidiaconi vel decani), ad quem causarum matrimonialium cognitio in archidiaconatuo[a] suo, in quo dictus P. constitit (vel: in quo partes ipse consistunt), de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, non ex delegatione apostolica matrimonii questio verteretur, idem archidiaconus (vel: decanus, seu: officialis) perperam in huiusmodi causa procedens etc.[2]

[a)] *statt* archidiaconatu

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,518f. Q 15,35.*
[2] *Nach Nr. 393 zu ergänzen.*

## 396.[1]

Si appellatur ad metropolitanum et metropolitanus confirmat, conclusio propter hoc non mutatur, ut supra in precedenti.[2] Et de sententia excommunicationis fiat, sicut in prima narratione superius est expressum.[3]

[1] *Vgl. ähnliche Anweisungen im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,519 Q 15,35.*
[2] *Nr. 393.*
[3] *Nr. 388.*

## 397. Tertia conclusio.[a 1]

Sequitur tertia conclusio. Si causa vertatur coram aliquo ordinario iudice vel delegato et primus iudex profert sententiam diffinitivam pro una parte et altera appellat et iudex appellationis infirmat sententiam, sic narrabitur et concludetur:[2]

[a] *am Rand* Tertia conclusio

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,519f. Q 15,36.*
[2] *Anschluss Nr. 398.*

### 398. Quando metropolitanus infirmat sententiam latam per officialem diocesani.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum I. de .. clericus .. diocesis ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. officiali .. non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem officialis cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato pro dicto P. diffinitivam sententiam promulgavit, a qua dictus I. ad Senonen.[2] curiam, loci metropoliticam, appellavit, sed officialis eiusdem curie in huiusmodi appellationis causa procedens perperam sententiam contra iustitiam infirmavit
f. 60r eandem. – mandamus, quatinus de utroque processu | cognoscens legitime illum, quem legitimum inveneris, usuris cessantibus sublato appellationis obstaculo approbes, reliquo, sicut iustum fuerit, infirmato (vel: reprobato).

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,519f. Q 15,36.*
[2] *Sens (Yonne). Das Bistum Paris unterstand als Suffragan dem Erzbistum Sens.*

### 399. Super eodem et aliter.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum I. de .. laicus eiusdem diocesis (vel alterius) ipsum super quadam summa pecunie et rebus aliis coram .. officiali .., ad quem huiusmodi causarum cognitio in civitate et diocesi .. de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, non ex delegatione apostolica traxisset in causam etc. ut in precedenti.[2] Et si[a] coram .. archidiacono vel decano vel eorum officiali, dicatur sic:[3] [4]

[a] est *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,520f. Q 15,37.*
[2] *Nach Nr. 398 zu ergänzen.*
[3] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,521 Q 15,38.*
[4] *Anschluss Nr. 400.*

## 400. Super eodem et aliter.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum I. de .. clericus (vel: laicus) .. diocesis ipsum super quadam summa pecunie et rebus aliis coram .. archidiacono .. (vel: .. decano .., vel: coram .. officiali .. archidiaconi vel decani ..), ad quem huiusmodi causarum cognitio in archidiaconatu[a] suo, in quo dictus P. consistit[b] (vel: in quo partes ipse consistunt), de antiqua etc. ut in precedenti.[2]

a) *möglicherweise* vel decanatu *zu ergänzen* b) consistit *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,521 Q 15,38.*
[2] *Nach Nr. 399 zu ergänzen.*

## 401. Super eodem et aliter.[1]

Significavit nobis P. de .. etc. ut in tertia precedenti usque[2] ad audientiam appellavit et[a] super appellatione huiusmodi ad I. de .. canonicum ecclesie de .. nostras litteras impetravit, qui in huiusmodi appellationis causa procedens perperam sententiam contra iustitiam confirmavit eandem.[b] – mandamus, quatinus de utroque processu legitime cognoscens illum, quem legitimum inveneris, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo approbes, reliquo, sicut iustum fuerit, reprobato.

a) *am Rand* at(tende) b) -e- *mit übergeschriebenem* i

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,521f. Q 15,39.*
[2] *Nach Nr. 398 zu ergänzen.*

## 402. Quarta conclusio.[a] [1]

Sequitur quarta conclusio. Si aliquis petat confirmari sententiam diffinitivam, sic narretur et concludatur:[2]

a) *am Rand* Quarta conclusio

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,522 Q 15,40.*
[2] *Anschluss Nr. 403.*

### 403. Quando sententia diffinitiva petitur confirmari.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum I. de .. clericus[a] .. diocesis super quadam pecunie summa et rebus aliis coram I. canonico ecclesie .. auctoritate litterarum nostrarum traxisset in causam, idem canonicus cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato pro dicto P. diffinitivam sententiam promulgavit. Quare dictus P. non humiliter supplicavit, ut eandem sententiam robur firmitatis faceremus debitum obtinere. – mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut est iusta, facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota inviolabiliter observari (vel: firmiter observari). Vel narra[b] in precedentibus sicut erat.

a) *statt* clericum  b) ut *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,522 Q 15,40.*

f. 60v

### 404.[1]

Et est sciendum, quod aliquando confirmantur due sententie simul, scilicet diffinitiva et excommunicationis, et tunc narratur et concluditur sic:[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,523 Q 15,41.*
[2] *Anschluss Nr. 405.*

### 405. Quando petuntur due sententie confirmari.[1]

Significavit nobis P. de .. clericus .. diocesis, quod, cum I. de .. laicus .. diocesis ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. officiali Parisien.[2] non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem officialis cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato pro dicto P. diffinitivam et in eundem I. pro eo, quod huiusmodi diffinitive, a qua infra tempus legitimum non duxerat appellandum, parere contumaciter denegavit, excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit. Quare dictus P. nobis humiliter supplicavit, ut easdem sententias robur faceremus firmitatis debitum obtinere. – mandamus, quatinus sententias ipsas, diffinitivam videlicet, sicut est iusta, usuris cessantibus monitione premissa per censuram

ecclesiasticam, excommunicationis vero, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,523f. Q 15,41.*
[2] *Paris (Seine).*

## 406.[1]

Sciendum est etiam, quod, si tales sententie late fuerint in aliquam personam habentem ordinem sacerdotii, et sic excommunicatus nichilominus celebrat, sic narrabitur et concludetur:[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,524 Q 15,42.*
[2] *Anschluss Nr. 407.*

## 407. Super eodem quando feruntur contra eum, qui est in sacerdotio constitutus.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus (vel: clericus) .. diocesis, quod, cum ipse .. de[a] .. presbiterum[b] .. diocesis super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis etc. ut in alia proxima usque[2] promulgavit. Sed idem presbiter huiusmodi excommunicationis sententiam per annum et amplius animo substinens indurato sic ligatus divina officia celebrare, quin potius, quantum in eo,[c] prophanare, presumit in anime sue periculum, scandalum plurimorum[d] et ecclesiastice discipline contemptum ac in ipsius P. preiudicium et gravamen. Quare dictus P. nobis humiliter supplicavit, ut easdem sententias[e] robur[f] firmitatis[g] debitum obtinere dictumque presbiterum pro excessu huiusmodi pena puniri canonica faceremus. – mandamus, quatinus sententias ipsas etc. ut in proxima usque[3] observari. Super eo vero, quod dictus presbiter sic ligatus divina officia celebrare presumit, sicut superius est expressum, quod canonicum fuerit, appellatione remota (vel: postposita) decernas, faciens etc.[4] Testes non.[5]

[a] e *auf Rasur* [b] p *auf Rasur* [f] est *zu ergänzen*
[d] *weiteres Zeichen interlinear übergeschrieben* [e] *am Rand* at(tende)
[f] faceremus *zu ergänzen* [g] *folgt Rasur,* faceremus *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,524f. Q 15,42.*
[2] *Nach Nr. 405 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 405 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 393 bzw. 88 zu ergänzen: „per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Dat. etc.“*
[5] *Vgl. Nr. 85.18. Da Endurteile schriftlich niedergelegt wurden, war ein Urkundenbeweis möglich, der Zeugenbeweis war überflüssig. Vgl.* HERDE, *Zeugenzwang 278f.;* DERS., *Audientia 1,230; 2,65 N 62,19.*

## 408. Quinta conclusio.[a] [1]

Sequitur quinta conclusio. Sciendum est, quod aliquando petitur solummodo
f. 61r con|firmari sententia excommunicationis, et tunc narrabitur et concluditur sic:[2]

[a)] *am Rand* Quinta conclusio

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,525 Q 15,43.*
[2] *Anschluss Nr. 409.*

## 409. Quando petitur solum confirmari sententia excommunicationis.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus (vel: clericus),[a] quod, cum ipse I. de .. presbiterum .. diocesis super terris, possessionibus et rebus aliis coram .. priore sancti .. de ..[b] auctoritate litterarum nostrarum traxisset in causam, idem prior in eundem presbiterum pro eo, quod citatus legitime in prefixo sibi termino peremptorio competenti comparere coram eo contumaciter non curavit, propter huiusmodi contumaciam manifestam excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit. Sed idem presbiter sententiam ipsam per annum etc. usque[2] gravamen.

[a)] .. diocesis *zu ergänzen* [b)] .. diocesis *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,525 Q 15,43.*
[2] *Nach Nr. 407 zu ergänzen.*

## 410.[1]

Si[a] excommunicatus celebret, ut supra;[2] et si vero,[b] post promulgationem narratur sic:

Quare dictus P. nobis humiliter supplicavit, ut eandem sententiam faceremus firmitatis robur debitum obtinere. – mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

a) *am Rand* at(tende) b) vero *auf Rasur, Texthand, Texttinte; wohl statt* non

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,526 Q 15,44.*
[2] *Nr. 409.*

## 411. Sexta conclusio.[a] [1]

Sexta conclusio, quando appellatur a gravamine. Sciendum,[b] quod sepe a diversis gravaminibus appellatur et quandoque per[c] exceptionem dilatoriam non admissam et quandoque per[c] peremptoriam.
Si per exceptionem dilatoriam gravamen illatum est et appelletur, sic narretur et concludatur:[2]

a) *am Rand* Sexta conclusio b) est *zu ergänzen* c) *statt* propter

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,526 Q 15,45.*
[2] *Anschluss Nr. 412.*

## 412. Quando appellatur a gravamine illato per exceptionem dilatoriam.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus,[a] quod, cum ipse I. de .. laicum .. diocesis super terris, debitis,[b] possessionibus et rebus aliis coram I. de .. canonico .. auctoritate apostolica traxisset in causam, idem P. sentiens ex eo ab ipso canonico indebite se gravari, quod acta iudicii coram eo habita,[c] per que causa instruebatur eadem, in autenticam scripturam redigi facere contra iustitiam denegavit humiliter requisitus, ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum debitum, quicquid[d] post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota previa ratione procedas, alioquin etc.[2] appellantem etc.[3]

Sibi[4] vero feratur sententia excommunicationis post appellationem, dicetur sic,[5] si causa fuerit inter laicos:

a) .. diocesis *zu ergänzen* b) *am Rand* at(tende) c) *statt* exhibita
d) *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,527 Q 15,45.*
[2] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[4] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,527 Q 15,46.*
[5] *Anschluss Nr. 413.*

## 413. Appellatio sententie excommunicationis, si fuerit inter laicos.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum ipse I. de .. militem eiusdem diocesis super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis coram ..
f. 61v officiali .., ad quem huiusmodi causarum | cognitio in civitate et diocesi .. de antiqua etc.[2] pertinet, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem P. etc. usque appellavit ut in precedenti.[3] Sed idem officialis huiusmodi appellatione contempta tulit excommunicationis sententiam in eundem. – mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem huiusmodi inveneris esse latam, denunties[a] eam penitus non tenere ac revocans in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, alioquin partes etc.[4] appellantem etc.[5] Testes etc.[6]

a) *statt* denuntians

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,527f. Q 15,46.*
[2] *Nach Nr. 385 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 412 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[5] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[6] *Nach Nr. 372 zu ergänzen. Da sich in Nr. 85 keine gegenteilige Bestimmung findet, folgt die Testes-Klausel. Durch die Schriftlichkeit der Prozessführung konnte der Zeugenbeweis jedoch zugunsten des Urkundenbeweises entfallen. Vgl. die Anm. zu Nr. 372;* HERDE, *Audientia 2,503 Anm. 1.*

414.[1]

Et hoc, quando appellatur ab ordinario vel eius officiali; sed si auctoritate apostolica, dicatur ut in precedenti usque[2] quatinus, si dictam excommunicationis sententiam etc. usque[3] attemptatum, in causa ipsa etc. ut in precedenti.[4]

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,528 Q 15,47.*
[2] *Nach Nr. 412 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 413 zu ergänzen.*
[4] *Nach Nr. 412 zu ergänzen.*

415. Super eodem, si fuerit inter clericos.[1]

Significavit nobis P. de .. clericus .. diocesis, quod, cum ipse A. et B. de .. clericos et C. et D. de .. laicos eiusdem diocesis super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis coram .. archidiacono (vel: decano) .., ad quem huiusmodi causarum cognitio inter laicos in archidiaconatu (vel: decanatu) suo, in quo partes consistunt, de antiqua etc. ut in precedenti.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,529 Q 15,48.*
[2] *Nach Nr. 413 zu ergänzen.*

416.[1]

Sciendum est etiam, quod quandoque iudex delegatus, quandoque ordinarius committunt vices suas, donec eas ad se duxerint revocandas. Et tunc, si appellatur, debet appellari primo ad illum, qui commisit, et tandem ab illo, qui noluit revocare gravamen, ad sedem apostolicam; et tunc narrabitur sic:[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,529 Q 15,49.*
[2] *Anschluss Nr. 417.*

417. Quando appellatur a subdelegato ad delegatum et tandem ab eo ad sedem apostolicam, quia noluit revocare gravamen.[1]

Significavit nobis P. de .. clericus .. diocesis, quod, cum ipse I. de .. laicum .. diocesis coram .. canonico .., cui B. archidiaconus, iudex a sede apostolica

delegatus, super hoc commiserat vices suas, donec eas ad se duceret revocandas, traxisset in causam, ipse sentiens ex eo ab eodem canonico indebite se gravari, quod copiam actorum omnium, quam nunquam habuerat, dicto I. exhibitam concedere contra iustitiam denegabat humiliter requisitus,[2] primo ad dictum archidiaconum et tandem ab eo gravamen huiusmodi revocare nolente ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. ut in tertia precedenti.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,529f. Q 15,49.*
[2] *Zur Schriftlichkeit des Verfahrens vgl. c. 38 Conc. Lat. IV = X 2.19.11. Dazu* HERDE, *Zeugenzwang 278f.;* DERS., *Audientia 1,230.*
[3] *Nach Nr. 413 zu ergänzen.*

f. 62r

418.[1]

Sed si commiserit totaliter vices suas vel dicat: causam ipsam commisit audiendam et fine debito terminandam, non appellabitur ad illum, qui commisit, sed ad superiorem, scilicet dominum papam, si delegatus fuerit, vel ad legatum, si eius fuerit delegatus, vel ad ordinarium, si ipse commiserit. Sed in ordinario non dicitur: totaliter vices suas, sed dicitur: causam audiendam commisit et fine debito terminandam.

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,530 Q 15,49.*

419. Septima conclusio.[a] [1]

Sequitur septima conclusio. Sciendum est, quod quandocunque propter exceptionem peremptoriam et quandoque propter dilatoriam non admissam appellatur; et tunc sic narratur et concluditur:[2]

a) *am Rand* Septima Conclusio

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,531 Q 15,50.*
[2] *Anschluss Nr. 420.*

### 420. Appellavit quia compellebat eum procedere in causa terminata per diffinitivam sententiam nulla appellatione suspensa.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum I. de .. clericus .. diocesis ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis coram R. canonico ecclesie .. auctoritate apostolica traxisset in causam (vel: coram .. officiali .. non ex delegatione apostolica etc., vel: coram .. archidiacono .., ad quem de antiqua etc. usque causam), ex parte ipsius P. fuit excipiendo propositum coram eo, quod causa ipsa erat per diffinitivam sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem iudicatam transiverat, terminata, prout erat coram eo legitime docere paratus. Et quia dictus canonicus eum super hoc audire contra iustitiam denegavit, ipse sentiens ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revoces in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, alioquin partes ad dicti canonici remittas examen appellantem etc.[2] Testes etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,531, Q 15,50.*
[2] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[3] *Vgl. die Anm. zu Nr. 372. Durch die Schriftlichkeit der Prozessführung konnte der Zeugenbeweis zugunsten des Urkundenbeweises entfallen (Nr. 85.18). Vgl. auch* HERDE, *Audientia 2,531 Anm. 1 u. 503 Anm. 1.*

### 421.[1]

Et si lata fuerit excommunicationis sententia post appellationem, conclude sic: Mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem huiusmodi etc.[2] revoces etc. ut supra.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,532 Q 15,51.*
[2] *Nach Nr. 420 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 420 zu ergänzen.*

### 422.[1]

Nota, quod exceptio peremptoria raro ponitur nisi ante litem contestatam et, si proponatur, habes unum de casibus expressum ut supra.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,532 Q 15,52.*
[2] *Nr. 420.*

423.[1]

Post[a] litem vero contestatam proposita sequitur unus de casibus.

[a)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,532 Q 15,52.*

424.[1]

Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, I. de .. clericus .. diocesis[a] auctoritate litterarum nostrarum traxit in causam (vel narra diversimode, prout erit, ut predixi supra).[2]
Alia narratio.

[a)] *wohl Zeilensprung infolge Homoioteleuton. Zu ergänzen: „ipsum super quadam pecunie summa coram I. canonico ecclesie de .. .. diocesis“. Vgl.* HERDE*, Audientia 2,532 Q 15,52.*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,532 Q 15,52.*
[2] *Derselbe Einschub auch im Formularium audientie,* HERDE*, Audientia 2,532 Q 15,52, mit Anm. 1: „Q 15,50 Einschub Z. 7-9. Der anonyme Verfasser der Formel spricht hier also von sich selbst.“*

f. 62v

425.[1]

Lite autem in causa huiusmodi contestata dictus P. excipiendo proposuit, quod ipse dicto I. de pecunia satisfecerat supradicta, prout erat coram eo legitime docere paratus. Et[a] quia dictus canonicus indebite[b] ipsum super hoc contra iustitiam recusavit, ipse sentiens ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem huiusmodi inveneris esse latam, denunties eam penitus non tenere ac revoces in statum debitum, quicquid post appellationem eandem constiterit temere attemptatum, alioquin partes etc. appellantem etc. Testes etc.[2]

[a)] *am Rand* at(tende) [b)] *statt* audire

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,532f. Q 15,52 mit der Conclusio 533 Q 15,53.*
[2] *Entgegen dieser Anweisung wird die Testes-Klausel hier nicht angewendet (Nr. 85.18). Vgl.* HERDE, *Audientia 2,533 u. 503 jeweils mit Anm. 1.*

## 426.[1]

Nota, quod, si primus iudex, qui gravasse dicitur, sit defunctus et fuerit forte delegatus in dignitate aliqua constitutus et fuerit ei scriptum proprio nomine non expresso,[a] retentis omnibus superius predictis usque temere attemptatum, dicatur: Alioquin partes ad successores eiusdem remittas examen, appellantem etc.[2] Testes etc.[3]

[a)] *am Rand* at(tende)

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,533f. Q 15,54.*
[2] *Nach Nr. 372 zu ergänzen.*
[3] *Obwohl die Verfügung Innocenz' III. (X 2.19.11) auch für die Verhandlung die Schriftlichkeit forderte, folgt die Testes-Klausel hier, da der Prozess noch nicht beendet ist.*

## 427.[1]

Si vero nomen illius iudicis, a quo appellatum est, expressum fuit et mortuus est, tunc dicatur: Alioquin negotio supersedeas memorato (vel: cause supersedeas memorate).

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,534 Q 15,54.*

## 428.[1]

Idem fiat, si primus fuerit officio suo functus.

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,534 Q 15,54.*

429.[1]

Idem[a] etiam fiat, si talis est, cui papa talem causam committere non deberet, utpota[b] simplici clerico vel monacho vel officiali archidiaconi vel decani in causa matrimoniali.

a) *am Rand* at(tende) b) *statt* ut puta

1 *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,534 Q 15,54.*

430.[1]

Item circa iudicia, cum remissio facienda,[a] quandoque propter dubium facti non potest determinate dici, ad quem sit negotium remittendum, et tunc dicendum est: Alioquin partes remittas ad eos, ad quos eos de iure videris remittendas, prout patet in sequenti officio.[b]

a) est *zu ergänzen* b) *statt* exemplo

1 *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,534 Q 15,55.*

431. Quando convenitur, qui[a] coram diversis iudicibus.[1]

Sua nobis .. decanus et canonici ecclesie de .. petitione monstrarunt, quod, cum G. prepositus et conventus monasterii de .. per prepositum etc.[2] ordinis sancti .. .. diocesis ac G. prior prioratus de .. .. diocesis ad monasterium ipsum immediate spectantis non, ut suam velint iustitiam prosequi contra eos sed, ut ipsos fatigatos laboribus et exhaustos expensis iuri suo cedere vel cum ipsis pactiones inire compellant invitos, super eisdem coram diversis iudicibus uno
f. 63r eodemque | tempore per diversas litteras a sede apostolica impetratas, quarum alique non faciebant mentionem de reliquis, eos communiter malitiose citari fecerunt, quare decanus et canonici predicti nolentes[b] simul et semel coram tot iudicibus comparere ad nostram duxerunt providentiam recurrendum. Cum igitur non sit malitiis hominum indulgendum, – mandamus, quatinus, si est ita, prepositum et conventum ac priorem predictos litterarum ipsarum comodo[c] carere, sicut iustum fuerit, decernentes condempnetis eos predictis decano et canonicis in expensis, quas ipsos vobis propter hoc legitime constiterit subiisse,

alioquin partes ad eos remittas,[d] ad quos eas de iure videritis remittendas, impetrantes in expensis legitimis condempnando. Testes etc.

a) qui *wohl aus* quia *korrigiert* b) nolentes *wohl aus* volentes *o.* valentes *korrigiert* c) *statt* commodo d) *statt* remittatis

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,534ff. Q 15,55.*
[2] *Nach Nr. 23 zu ergänzen.*

## 432.[1] Octava conclusio et ultima.[a]

Sequitur octava et ultima conclusio. Sciendum est, quod quandoque appellatur a tali gravamine, quod in littera conclusio esse non potest, etiam si ponatur exceptio dilatoria. Unde quotienscunque appellatur a gravamine aliquo, ubi conclusio certa esse non potest, sicut est, quando appellatur ab aliquo, qui se asserit iudicem, quod denegaverit copiam litterarum apostolicarum, tunc[b] enim ibi certa conclusio esse non potest, qui,[c] si ille iudex[d] asserit et litteras aliquas non recepit, que[e] potest sequi conclusio, quod procedat in causa iuxta priorum continentiam litterarum? Certe non.[2] Unde poni debet conclusio ista: Mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *am Rand* Octava conclusio et ultima b) *am Rand* at(tende) c) *statt* quia d) *statt* se iudicem e) *statt* quomodo

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,536f. Q 15,56.*
[2] *Vgl. HERDE, Marinus 111 § 19 Z. 44 (QFIAB 225); DERS., Audientia 2,537 Q 15,56 mit Anm. 1.*

## 433.[1]

Et similiter, quando aliquis asserit se presentatum a vero patrono ad vacantem ecclesiam loci diocesano et pro eo, quod non admittit presentationem huiusmodi, gravatus ipse appellat, et ibi similiter certa conclusio non potest poni, et propter hoc poni debet similiter: vocatis etc. Unde regulariter semper considerandum est, quod, ubi certa conclusio non potest poni, semper debet concludi: vocatis etc.; et sic nunquam errabis ponendo conclusionem ipsam vocatis etc., ubi dubitas[a] certam conclusionem stare non posse.[2] Et[3] ut in ista

octava et generali conclusione adiscas narrare, sicut in aliis, ponam exemplum.[4] [5]

[a)] ta *korrigiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,537 Q 15,56.*
[2] *HERDE, Audientia 2,537 Q 15,56, Anm. 2: „Hier gibt der anonyme Verfasser Anweisungen an die Skriptoren, Abbreviatoren und Prokuratoren; vgl. oben [sc. Audientia] Bd. 1 S. 171."*
[3] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,537 Q 15,57.*
[4] *HERDE, Audientia 2,537 Q 15,56, Anm. 2: „Hier gibt der anonyme Verfasser Anweisungen an die Skriptoren, Abbreviatoren und Prokuratoren; vgl. oben [sc. Audientia] Bd. 1 S. 171."*
[5] *Anschluss Nr. 434.*

### 434. Quando iudex delegatus denegat dare copiam rescripti.[1]

f. 63v Significavit nobis P. de .. laicus .. diocesis, quod, cum P. de .. clericus .. diocesis asserens se contra ipsum super terris, possessionibus et rebus aliis ad .. priorem sancti .. de .. litteras apostolicas impetrasset[a] et super hiis illarum auctoritate ipsum coram eodem priore traxisset in causam, idem laicus sentiens ex eo ab eodem priore indebite se gravari, quod copiam litterarum ipsarum, quam nunquam habuerat, sibi facere contra iustitiam denegavit humiliter requisitus, ad nostram audientiam appellavit. Ac idem prior huiusmodi appellatione contempta in eum excommunicationis sententiam promulgavit. – mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint etc. faciens etc.[2] Testes etc.[3]

[a)] *statt* impetrasse

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,537f. Q 15,57.*
[2] *Die vorliegende Formel ist nach HERDE, Audientia 2,538 Q 15,57 zu ergänzen: „evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas faciens quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari."*
[3] *Die Testes-Klausel folgt, da der Prozess noch nicht beendet ist. Vgl. die Anm. bei Nr. 426.*

### 435. Appellat presentatus a vero patrono, quod non admittitur.

Significavit nobis P. de .. clericus, quod, licet ipse ad vacantem ecclesiam de .. .. diocesis a vero patrono ipsius venerabili fratri nostro .. episcopo, .. loci diocesano, fuerit canonice presentatus, tamen episcopus ipse presentationem

huiusmodi admittere contra iustitiam recusavit, propter quod clericus ipse ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus quatinus vocatis etc.[1]

[1] *Nach Nr. 434 zu ergänzen.*

### 436. Super eodem, quod non admittitur et conceditur alteri ecclesia, in qua erat canonice presentatus.[1]

Significavit nobis P. etc. ut in proxima usque[2] contra iustitiam denegans ecclesiam ipsam I. de .. clerico .. diocesis pro sue contulit libito voluntatis, qui pretextu collationis huiusmodi eandem ecclesiam detinet occupatam in ipsius P. preiudicium et gravamen, propter quod dictus P. ad sedem apostolicam appellavit. – mandamus quatinus vocatis etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,538f. Q 15,58.*
[2] *Nach Nr. 435 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 434 zu ergänzen.*

### 437.[1]

Et est sciendum, quod per simplicem querelam sine appellatione talis littera dari consuevit.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Anweisung im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,539 Q 15,59.*
[2] *Anschluss Nr. 438.*

### 438. Appellavit, quia archidiaconus denegavit eum admittere ad ecclesiam, in qua fuerat presentatus.[1]

Sua nobis H. de .. presbiter conquestione monstravit, quod, licet ipse ad vacantem ecclesiam de .. .. diocesis a veris patronis ipsius ecclesie .. archidiacono loci, ad quem institutio rectoris in eadem ecclesia de antiqua etc.[2] pertinere dinoscitur, fuisset canonice presentatus, idem tamen archidiaconus ipsum ad illam admittere pro sue libito voluntatis contra iustitiam denegavit in ipsius presbiteri preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,539 Q 15,59.*

[2] *Nach Nr. 385, 395 bzw. 399 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 434 zu ergänzen.*

## 439.[1]

Et nota, quod, quandocunque huiusmodi presentatio fit alii persone quam episcopo diocesano, debet narrari, ut supra.[2]

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,539 Q 15,59.*
[2] *D. h. wie in Nr. 438, wo dem Archidiakon die Institution der ihm Präsentierten zusteht. Vgl. HERDE, Audientia 1,364ff.; 2,539 Anm. 1.*

## 440. Appellavit in causa matrimoniali nec est prosecutus causam infra tempus legitimum.

f. 64r Sua nobis P. de .. laicus .. diocesis petitione monstravit, quod, cum inter ipsum et A. de .. militem[a] .. diocesis coram .. cantore ecclesie .., cui venerabilis frater noster .. episcopus .., iudex a sede apostolica delegatus, commiserat super hoc totaliter vices suas, matrimonii questio verteretur, dictus cantor perperam in huiusmodi causa procedens contra dictum laicum diffinitivam sententiam promulgavit iniquam, a qua ipse ad sedem duxit apostolicam appellandum. Sed dictus laicus iusto, ut asserit, impedimento[b] detentus non est appellationem suam huiusmodi infra tempus legitimum, cum nequiverit, prosecutus. Quare nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. – mandamus, quatinus, si de dicto impedimento tibi constiterit, huiusmodi lapsu temporis non obstante de sententia ipsa cognoscens legitime, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens etc.[c 1]

a) *wohl statt* mulierem b) *am Rand* at(tende) c) *vgl. HERDE, Audientia 2,517f. Q 15,34 u. 518f. Q 15,35. In Q 15, 34 wird folgendermaßen ergänzt: „quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum etc. Nota, quod clausula illa Testes numquam ponitur, quando agitur super causa matrimoniali."*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie HERDE, Audientia 2,517f. Q 15,34 u. 518f. Q 15,35. Zur Anwendung der Testes-Klausel vgl. a. a. O. 63 N 62,3; dazu DERS., Zeugenzwang 272f.; DERS., Audientia 1,223.*

### 441. Forma super causa matrimoniali.

Sua nobis P. de .. laicus conquestione monstravit, quod, cum M. mulier loci eiusdem diocesis asserens, quod idem P. cum ea matrimonium legitime per verba contraxerat de presenti super hoc petendo eum in virum, coram .. vicario venerabilis fratris nostri .. episcopi .. auctoritate ordinaria traxisset in causam, idem vicarius perperam in causa ipsa procedens diffinitivam contra eundem P. sententiam promulgavit iniquam, a qua ipse ad nostram duxit audientiam appellandum. – mandamus, quatinus de sententia ipsa cognoscens legitime, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas faciens etc.[1] Testes non.[2]

[1] *Nach Nr. 88 zu ergänzen: „per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Dat. etc."*
[2] *In Eheangelegenheiten entfällt die Testes-Klausel (Nr. 244). Vgl. dazu auch HERDE, Zeugenzwang 272f.; DERS., Audientia 1,223; 2,63 N 62,3.*

### 442. Appellavit a diffinitiva nec est infra tempus legitimum prosecutus.

Sua nobis T. de .. .. diocesis petitione monstravit, quod .. vicarius venerabilis fratris nostri .. episcopi .. mendaciter asserens, quod ad eum fama publica pervenerat referente, quod dictus T. erat publicus usurarius et alia plura commiserat, propter que erat merito puniendus, prout ex speciali potestate sibi super hoc tradita ab eodem episcopo poterat, ut dicebat, super hiis contra eundem T. ex officio ad inquisitionem non ex apostolica delegatione descendit et perperam in huiusmodi inquisitionis causa procedens contra dictum T. diffinitivam sententiam promulgavit iniquam, a qua prefatus T. ad sedem apostolicam appellavit, sed iusto, ut asserit, impedimento detentus huiusmodi appellationem suam non fuit infra tempus legitimum prosecutus. – mandamus,
f. 64v quatinus, si, quod de huiusmodi impedimento | proponitur, veritate fulcitur, huiusmodi lapsu temporis non obstante legitime in huiusmodi appellationis causa procedens diffinitivam ipsam confirmare vel infirmare etc.[1]

[1] *Nach Nr. 380 zu ergänzen. Die Testes-Klausel entfällt (Nr. 85.19).*

## 443. Quando in causa matrimoniali per delegatum a papa infirmatur diffinitiva sententia lata per ordinarium.

Mandamus, quatinus de utroque processu legitime cognoscens, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas faciens etc. Testes non datur.[a] [1]

[a)] Incipit *Reklamant*

[1] *In Eheangelegenheiten entfällt die Testes-Klausel (Nr. 244). Vgl. dazu auch* HERDE, *Zeugenzwang 272f.;* DERS., *Audientia 1,223; 2,63 N 62,3.*

f. 30r

1. Pro eo, qui spoliatus est vicaria.

Iud. .. perpetuus vicarius ecclesie de .. sua nobis questione monstravit, quod capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis ipsum vicaria eousdem[a] ecclesie, quam canonice fuerat assecutus et aliquamdiu possederat sine lite, contra iustitiam spoliavit. – partibus convocatis.

a) *statt* eiusdem

2. Quando aliquis patiens defectum natalium retinet ecclesiam sine dispensatione.

Iud. .. rector ecclesie de .. nobis exposuit, quod, cum .. presbiter .. tue diocesis defectum natalium, que patiatur,[a] idem perpetuam vicariam ipsius ecclesie presumit nichilominus absque dispensatione sedis apostolica retinere in eius preiudicium et gravamen. – partibus convocatis, quod canonicum etc.

a) *zweites* a *korrigiert*

3. Contra destruentes domos ecclesie.

Iud. Dilectus filius .. rectori[a] ecclesie etc., quod .. et quidam alii laici .. diocesis ad[b] quandam domum ipsius ecclesie hostiliter venientes ipsam nequiter destruxerunt. Preterea I. de .. miles et quidam alii .. diocesis super decimis, possessionibus et rebus aliis etc. – partibus convocatis.

a) *statt* rector b) d *korrigiert*

4. Contra illos, qui parrochianos alienos recipiunt ad divina.

Iud. .. rector ecclesie de .., quod .. plebanus ecclesie .. et quidam alii clerici .. diocesis parrochianos suos recipientes temere ad divina eisdem ecclesiastica

sacramenta ministrat[a] in eiusdem preiudicium etc. Preterea I. de .. clericus et quidam alii etc. – partibus convocatis.

[a] *statt* ministrant, at *auf Rasur*

## 5. Contra illum, qui ecclesiam temeritate propria occupat.

Iud. .. rector ecclesie .. etc., quod B. canonicus Vrgellen.[1] ecclesiam ipsam temeritate propria occupans eam detinet occupatam in eius preiudicium etc. – partibus convocatis.

[1] *Urgel (bei Lerida).*

## 6. Contra illum, qui construxit domum post novi operis [denuntia]tionem.[a 1]

Iud. Dilectus filius .. rectori[b] ecclesie etc., quod .. et quidam alii laici .. diocesis quasdam domos post denuntiationem novi operis temeritate propria in cimiterio ipsius ecclesie construxerunt et adhuc construere non verentur in eiusdem ecclesie preiudicium et gravamen. – partibus convocatis.

[a] *Rand beschädigt* [b] *statt* rector

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,262 K 113.*

## 7. Pro eo, qui deceptus est ultra dimidiam iusti pretii.

Iud. P. et B. de .. sua nobis insinuatione monstrarunt, quod N. pater ipsorum, cuius heredes existunt, quandam domum, clausuram et res alias R. et C. laicis de necessitate coactus vendidit, in qua venditione ultra dimidiam iusti pretii est deceptus. – mandamus, quatinus ipsos emptores, ut recepto pretio, quod dederant, res ipsas restituant sic emptas vel supplere procurent, quod deest de pretio competenti, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.[a]

[a] *folgt Paragraphenzeichen und* quas E. et D. et alii heredes dicti P

f. 30v

8. Deodem.[a]

Iud. Rector ecclesie de .. ac I. presbiter fratres nobis significare curarunt, quod quondam G. de .. laicus, eorum patronus, cuius hiidem insolidum heredes existunt, .. diocesis, quasdam terras ad se pertinentes .. rectori ecclesie de .. eiusdem diocesis vendidit, in quarum venditione dicti fratres eundem ipsorum patruum ultra dimidiam iusti pretii asserunt fuisse deceptum. Quare predicti fratres nobis humiliter supplicarunt, ut compelli prefatum rectorem vel ad restituendum fratribus ipsis terras easdem recepta pecunia, quam dedit, vel ad supplendum eis, quod iusto pretio defuit, faceremus. – mandamus, quatinus, partibus convocatis.

a) *statt* De eodem

9. Contra presbiterum, qui commissa sibi in penitentia revelat.[1]

Iud. B. de .. mulier[a] sua nobis conquestione monstravit, quod .. presbiter .. diocesis commissa, que in penitentiali iudicio detexit eidem, non metuit revelare. – mandamus,[b] quatinus, partibus convocatis et inquisita diligentius veritate, si tibi constiterit ita esse, iuxta statuta concilii[c] generalis[2] auctoritate nostra procedas appellatione postposita contra eum.

a) *über* m *überflüssige* er-*Kürzung* b) *ein Schaft zu viel* c) -c- *korrigiert*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,261f. K 112.*
2 *c. 21 Conc. Lat. IV = X 5.38.12.*

10. Contra illum, qui edificat capellam in parrochia aliena.

Iud. Dilecti filii abbas et conventus monasterii de .. etc., quod .. diocesis .. infra limites parrochie sue ecclesie de .. pertis[a] ad dictum monasterium pleno iure quadam[b] capellam sine ipsorum diocesani consensu temeritate propria construxerunt in eorum preiudicium et gravamen, alias super terris etc. – partibus convocatis.

a) *statt* pertinentis b) *statt* quandam

### 11. Contra episcopum, qui construit capellam in aliqua parrochia invito rectore.

Iud. Querelam .. rectoris etc., quod .. episcopus .. quandam infra limites parrochie ipsius ecclesie de novo capellam dicto rectore contradicente construxit in suum et eiusdem ecclesie non modicum preiudicium et gravamen. – partibus convocatis.

### 12. Contra heredes, qui nolunt solvere pecuniam mutuatam illi, cuius heredes exstunt.[a]

Quod magister I. canonicus Londonien.[1] et G. frater eius Londonien. diocesis de quadam pecunie summa, quam idem quondam B. archidiacono Londonien., cuius iidem[b] fratres et heredes existunt, liberaliter mutuavit, sibi satisfacere indebite contradicit, quamquam bona ipsius pervenerint ad easdem. – partibus convocatis.

a) *statt* existunt b) hiidem *mit durchstrichenem* h

1 *London.*

### 13. Contra illos, qui armata manu accedunt ad aliquam domum et bona inventa ibidem asportant.

Conquestus est nobis .. rector ecclesie .., quod .. cum quibusdam aliis laicis cum compliplicibus[a] suis .. diocesis ad domum rectoris eiusdem nocturno tempore armata manu ausu temerario accidentis[b] quandam pecunie summam, libros, pannos, animalia et res alias inventas ibidem exinde contra iustitiam
f. 31r asportarunt, quas occupatas detinent | et sibi reddere contradicunt, alias super terris etc. iniuriantes eidem.[c] – partibus convocatis.

a) *statt* complicibus b) *statt* accidentes c) eid *auf Rasur*

### 14. Contra illos, qui iniuriantur alicui super beneficio alicuius ecclesie.

Iud. I. clericus ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod O. presbiter ecclesie et quidam alii .. diocesis super beneficio, quod in eadem ecclesia canonice se proponit adeptum, et rebus aliis iniuriantur eidem. – partibus convocatis.

### 15. Contra executores testamentorum, qui nolunt satisfacere illis, quibus testator tenebatur et satisfieri mandavit.

Iud. N. de .. clericus nobis conquerendo monstravit, quod .. scolasticus ecclesie .. et alii executores testamenti bone memorie .. episcopi .. de quadam summa pecunie et rebus aliis, in quibus idem episcopus ei, dum viveret, tenebatur et de qua per manus ipsorum sibi satisfieri in ultima voluntate mandavit, sibi satisfacere indebite contradicunt, licet ad id bona sufficiant testatoris. – partibus convocatis.

### 16. Contra illum, qui non vult solvere pecuniam executoribus, in qua tenebatur defuncto.

Iud. R. de .. laicus crucesignatus nobis etc., quod .. rector ecclesie et alii executores testamenti B. de .. defuncti .. diocesis, quandam pecunie summam, quam dictus defunctus ad se spectantem ei in ultima voluntate legavit, contra iustitiam detinent et ei reddere contradicunt, propter quod etc.[1] et pia testatoris ipsius intentio defraudatur. – partibus convocatis.

[1] *Nach Nr. 17 bzw. Ottob. lat. 762 Nr. 143 oder* HERDE, *Audientia 2,191 K 57f zu ergänzen.*

### 17. Contra occupantes bona alicuius defuncti.

Iud. P. executor testamenti quondam .., quod …[a] diocesis possessiones et alia bona sua hereditaria, que per manus eius debitoribus de debitis, in quibus tenebatur eisdem, satisfieri demandavit, per violentiam occupantes eidem inlicite[b] detinere presumunt, propter quod testatoriis ipsius dispositio

impeditur. – partibus convocatis. Vel: mandamus, quatinus, si est ita, detentores predictos, ut possessiones et alia bona supradicta etc.[1]

[a)] *drei Punkte geben stets zwei oder mehr Namen von Personen oder Orten wieder*
[b)] *statt* illicite

[1] *Nach Ottob. lat. 762 Nr. 142 bzw. HERDE, Audientia 2,191 K 57f zu ergänzen.*

## 18. Contra manuum iiectores.[a]

Iud. .. clericus nobis conquerendo monstravit, quod ..[b] de .. et quidam alii clerici et laici manus iniecerunt in eum usque ad effusionem sanguinis dei timore postposito temere violentas. – mandamus, quatinus, si est ita, dicto[c] etc.[1]

[a)] *statt* iniectores [b)] *.. nachträglich eingefügt* [c)] *statt* dictos

[1] *Nach HERDE, Audientia 2,201 K 60 bzw. 201f. K 61 zu ergänzen: „sacrilegos tamdiu appellatione remota excommunicatum publice nunties et facias ab omnibus artius evitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi. Dat. etc."*

## 19. Contra illos, qui se oppnunt[a] institutioni alicuis.

Quod, cum ipse a clericis et parrochianis ecclesie .. diocesis in clericum ipsius ecclesie, prout spectabat ad eos, canonice sit electus, capitulum ecclesie .. institutioni sue contra iustitiam se opponunt. Vocatis etc.

[a)] *statt* opponunt

## 20. Contra episcopum, qui denegat confirmare electione[a] sibi presentatam.

Quod, cum ipse ad vacantem prepositutam ecclesie .. a canonicis ipsius ecclesie canonice sit electus, .. electionem de ipso factam presentatam sibi, prout ad eum pertinet, confirmare indebite contradicit. Vocatis etc.

[a)] *statt* electionem

21. Contra illum, qui se opponit electioni alicuius canonici.

Quod, cum ipse ad quandam prebendam ipsius ecclesie vacantem a maiori et f. 31v saniori parte capituli | ipsius ecclesie canonice sit electus, .. canonicus[a] ecclesie iam dicte ipsius receptioni contra iustitiam se opponit. Vocatis etc.

[a)] *darüber überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen*

22. Contra archipresbiterum, qui[a] opponit se illi, qui est[b] receptus a capitulo.

Quod, cum idem a capitulo plebis .., prout spectabat ad eos, canonice sit receptus in canonicum et in fratrem, archipresbiter plebis ipsius et quidam .. diocesis institutioni sue contra iustitiam etc. – vocatis etc.

[a)] *zu ergänzen* se [b)] est *interlinear übergeschrieben*

23. Super eodem.

Quod, cum a tribus ipsius ecclesie canonicis habentibus ab eius capitulo super hoc plenariam potestatem in fratrem et canonicum canonice sit receptus, .. predicte ecclesie canonicus mutata post in contrarium voluntate receptioni sue contra iustitiam se opponit. – vocatis etc.

Vel cum a maiori et saniori parte capituli auctoritate nostra sit receptus in canonicum et in fratrem, .. canonicus eiusdem ecclesie .. diocesis et super hoc contra iustitiam se opponit. – vocatis etc.

24. Contra illum, qui archipresbiteratum per laicalem potentiam detinet in preiudicium illius, qui eum est canonice assecutus.

Iud. .. clericus, quod, cum ei vacans archipresbiteratus ecclesie .. per .. loci diocesanum canonice sit collatus, licet ei corporalis possessio non fuerit assignata, .. presbiter eiusdem ecclesie archipresbiteratum ipsum, quem per laicalem[a] potentiam adeptus fuit, contra iustitiam detinet occupatum in eius preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a] *überflüssiger Kürzungsstrich über* ca *durchstrichen*

### 25. Contra illos, qui concedunt aliquam pensionem et postea denegant exhibere.

Quod, cum redditum annum[a] duarum marcarum argenti ei duxerit concedendum eundem investientes de ipso, illi dictum redditum ipsi exsolvere denegant minus iuste. – partibus convocatis.

[a] *statt* annuum

### 26. Contra illos, qui promittunt alicui in beneficio ecclesiastico providere promissa sibi aliquam penssionem.[a]

Quod, cum .. abbatissa et conventus monasterii .. ordinis .. diocesis sibi promiserint in beneficio ecclesiastico providere, de quo consueverit clericis secularibus provideri, assignata sibi interim quadam annua penisone, prout in litteris ipsarum inde confectis plenius dicitur contineri, nunc eedem .. dictam sibi pensionem contra iustitiam subtrahentes[b] ei, ut tenetur, in ecclesiastico beneficio denegant providere, licet habuerint facultatem. – partibus convocatis.

[a] *statt* pensionem [b] *auf Rasur*

### 27. Contra illos, cui[a] aliqua pecunie quantitas relicta est ea occasione, ut alicui debeat[b] in vite necessariis providere.

Iud. G. etc., quod, cum quondam .. avunculus eius in extremis laborans non modicam pecunie quantitatem monasterio[c] .. diocesis sub ea conditione legare[d] .., quod .. prior et conventus eiusdem monasterii dicto G. vite necessaria, quoad viveret, ministrarent, ipsi, licet conditionem huiusmodi acceptarent et pecuniam receperint supradictam, exhibere sibi tamen vite necessaria indebite contradicunt. – partibus convocatis.

[a] *statt* quibus [b] *statt* debeant [c] m *korrigiert* [d] *statt* legaret

28. Contra illos, qui ponunt[a] interdictum in illos,[b] quibus indultum est per privilegia sedis apostolice, quod interdicti vel excommunicari non possint.

Iud. .. prior et conventus etc., quod, cum[c] .. in eorum familiam
f. 32r[d] contra[e] privilegii[f] tenorem eis a sede[f] | apostolica indultorum[g] facto, cum de iure nequiverint excommunicationis sententiam promulgarint,[h] ecclesias ad idem monasterium pleno iure spectantes contra iustitiam supposuerunt ecclesiastico interdicto. – partibus convocatis.

a) *darüber überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen* b) o *korrigiert* c) *statt* quamquam d) *Palimpsest* e) *statt* secundum f-f) *auf Rasur* g) *statt* indulti; indultorum *bezieht sich wohl auf* privilegiorum*, korrigiert durch Rasur (vgl. Anm. f)* h) *statt* promulgare; *Satz ist verderbt und auch nicht durch Rasur verbessert; „Reverenzpunkte" beziehen sich auf zwei oder mehr Personen; Sinn wurde durch Emendationen hergestellt*

29. Contra illos, qui impediunt alicui, quod non possit facere cebrari[a] divina in ecclesia, in qua consuetus est facere celebrari.

Iud. Sua nobis nobilis vir I. de .. petitione monstravit, quod, cum ipse ac[b] progenitores eius in cappella sua de … diocesis per capellanum proprium consueverint celebrari divina a tempore, cuius memoria non existit, H. rector ecclesie de .. loco eiusdem diocesis, quominus dictus nobilis per capellanum suum in eadem capella sibi faciat celebrari, contra iustitiam impedire presumit in eius nobilis preiudicium et gravamen, quamquam eidem ecclesie seu dicto rectori nullum ex hoc preiudicium generetur. – mandamus, quatinus, partibus convocatis.

a) *statt* celebrari b) c *korrigiert*

30. Contra illos, qui dicunt aliquem excommunicatum esse et denegant ei de cotidianis distributionibus assignare debita[a] portionem.

Iud. Quod capitulum ipsius ecclesie malitiose confingentes eundem fore vinculo excommunicationis astrictum, sibi in ipsa residenti ecclesia de

cotidianis distributionibus debitam contra iustitiam denegant portionem. – partibus convocatis.

[a)] *statt* debitam

## 31. Contra Iudeos, qui nolunt solvere decimas de terris, de quibus Christiani solvere consueverunt.

Iud. Quod Iudei .. diocesis decimas olivarum, de quibus dicta ecclesia a Christianis percipere consueverit, antequam deveniret ad ipsos, sibi solvere indebite contradicunt. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos ad solutionem decimarum ipsarum monitione premissa per subtractionem etc.[1]

[1] *Nach Nr. 298, 299 bzw.* HERDE, *Audientia 2,283 K 133 zu ergänzen.*

## 32. Contra illos, qui nolunt solvere mutuum acceptum sub suis litteris.

Iud. Quod, cum ipse quondam .. archipresbitero Perusino[1] suo et capituli Perusini nomine, a quo dictus archipresbiter habebat de mutuo contrahendo mandatum,[a] quandam mutuarint pecuie[b] quantitatem, prout in litteris etc., capitulum ipsum ei de dicta pecunia satisfacere indebite contradicit. – partibus convocatis.

[a)] da *korrigiert* [b)] *statt* pecunie

[1] *Perugia.*

## 33. Contra executores testamentorum, qui denegant exhibere, que testatur[a] in testamento reliquid.[b]

Iud. Quod executores[c] et res alias, que dictus .. ad se spectantes eidem in testamento legavit et que per manus ipsorum sibi dari precepit, contra iustitiam detinet[d] et ei denegant exhibere. – partibus convocatis.

[a] *statt* testator [b] *Stelle schwer lesbar und verderbt, zu lesen:* in testa reliquid
[c] *wohl zu ergänzen* quandam quantitatem pecunie *o. ä.* [d] *statt* detinent

## 34. Eadem.

Vel sic: executores testamentorum quondam A. patris et talis[a] matris eius etc. et quas dicti pater et mater eius ad[b] eos spectantes in pios usus etc. Quare ipsorum testatorumtorum[c] etc.

f. 32v Vel: quandam pecunie summam, in qua dictus .. sibi, dum viveret, teneretur et de qua sibi per manus eorum satisfieri sibi in ultima voluntate mandavit, contra iustitiam detinent et sibi restituere indebite contradicit,[d] quamquam bona ad id sufficiant testatoris.

[a] *auf Rasur; irrtümlich Kürzungsstrich* [b] *korrigiert*
[c] *statt* testatorum [d] *statt* contradicunt

## 35. Contra executores testamentorum.

Iud. Quod .. frater de ordine Predicatorum .. et alii executores testamenti etc., quibus ipse in ultima voluntate commisit, ut ea, que per ipsum extorta fuerant per usurariam pravitatem vel alios contractus illicitos acquisita, personis, quibus debentur, de bonis suis restituere procurarent, sibi de usuris et aliis rebus, quas dictus .. ab eo per illicitos contractus extorserat, satisfacere iuxta testamenti formam denegant minus iuste, quamquam ad id bona sufficiant testatoris, quare voti sui executio impeditur. – partibus convocatis.

## 36. Contra illum, qui non vult conservare indempnem illum, qui se obligat pro eo.[1]

Iud. Sua nobis P. clericus etc., quod, cum G. clericus .. diocesis quandam recepisset ab H. mutuo pecunie quantitatem et idem P. pro eo promittente sibi super hoc, ut eum conservaret indempnem, decretales suas eidem H. predicta summa pecunie pignori obligasset, idem G. ipsum indempnem, ut tenetur, servare recusat. – partibus convocatis similiter usque esset.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,261 K 111.*

## 37. Contra clericos in minoribus ordinibus constituti,[a] qui dominis suis pretextu tonsure debita servitia denegant exhibere.[1]

Iud. Comes[2] .., quod nonnulli clerici comitatus sui in minoribus ordinibus constituti, licet uxores habeant et negotiationes passim exerceant seculares, debita sibi tamen et consueta servitia pretextu tonsure, quam deferunt, clericalem contra iustitiam denegant exhibere. – partibus convocatis.

[a]) *statt* constitutos

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,260 K 110.*
[2] *Nach Ottob. lat. 762 Nr. 187 zu ergänzen.*

## 38. Contra illum, qui transduxit aliquam in uxorem et eam renuit maritali affectione tractare.

Iud. Quod, cum .. legitimum cum ipsa matrimonium per verba contraxerit de presenti ac postmodum carnalis fuerit inter ipsos copula subsecuta, idem ipsam, ut tenetur, tractare maritali affectione recusat. – mandamus, quatinus dictum .., ut eam, sicut tenetur, maritali affectione pertractet, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas.

## 39. Contra illum, qui exivit de aliquo ordine et habentem[a] litteras ad alium ordinem transeundi et vadit.[1]

Iud. Ex parte custodis fratrum Minorum de .. etc., quod, licet I. quondam frater ipsius ordinis propter asperitatem eiusdem, quam sustinere non poterat, obtinuisset a .. suo magistro[b] provinciali licentiam ad alium ordinem transeundi, idem tamen ab eorum recedens ordine transire ad alium in prorie[c] salutis dispendium et plurimorum scandalum pretermittit, alias fratrum ipsorum liberos[d] et res alias detinens minus iuste. – mandamus, quatinus, si est ita,
f. 33r predictum I., quod predicta | eisdem fratribus restituat et ad religionem se transferat, ut tenetur, monitione premissa etc.[2] Testes.

[a]) *statt* habens [b]) *statt* ministro [c]) *statt* proprie [d]) *statt* libros

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,374f. K 225.*

[2] *Nach* HERDE, *Audientia 2,374f. K 225 zu ergänzen: „per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas".*

## 40. Contra illos, qui succedunt in bonis alicuius usurari[a] et emendare usuras.[b]

Iud. Sua nobis .. conquestione monstravit, quod, cum quondam … diocesis multa extorsisset ab eis communiter per usurariam pravitatem, .. sancti .. et .. sancti .. monasteriorum abbates et eorum conventus .. diocesis, ad quos eiusdem bona iure successorio devenerunt, eis de usuris huiusmodi satisfacere indebite contradicunt, licet ad eos lucra pervenerint usurarum. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.[1]

a) *statt* usurarii b) *wohl zu ergänzen* nolunt

[1] *Nach Ottob. lat. 762 Nr. 92 bzw.* HERDE, *Audientia 2,118 K 18 zu ergänzen. Ob die Attentius-Klausel folgt hängt vom Stand des Klägers ab. Die Testes-Klausel entfällt, da die Beklagten Kleriker sind.*

## 41. Contra arbitros, qui excedunt formam compromissi.

Iud.[a] Clerici ecclesie de .., quod orta olim inter ipsos ex parte una et .. diocesis .. ex altera super quibusdam limitibus prediorum materia questionis tandem in talem[b] fuit hinc inde sub certa pena concorditer compromissum, qui compromissi formam perperam excedentes super aliis articulis, super quibus cognitionem aliquam non habebat[c] nec in eos compromissum non extiterat, contra eos iniquum arbitrium protulerunt. Quare postularunt a nobis, ut denuntiari nullum dictum arbitrium faceremus. – partibus convocatis.

a) § *fehlt* b) *statt* tales c) *statt* habebant

## 42. Contra clericos, qui non solvunt episcopo suas procurationes, quas tenentur.

Iud. Episcopus etc., quod clerici .. sue diocesis procurationes ratione visitationis sibi debitas et res alias, in quibus tenetur,[a] eidem exhibere indebite contradicunt. – partibus convocatis.

Presbiter et .. clerici fratres etc., quod .. de .. super decimis debitis et rebus aliis ad eos communiter pertinentibus iniuriantur etc.

a) *statt* tenentur

### 43. Contra illos, qui aggravat[a] aliquos indebitis exactionibus.

Iud. Nobilis vir G. de .., quod .. ipsum indebitis exactionibus aggravant et molestant. – partibus convocatis.

a) *statt* aggravant

### 44. Contra manuum iniectores.

Walterus[a] presbiter etc., quod .. manus fecerunt in ipsum inici per quosdam servientes eorum dei timore postposito usque ad effusionem sanguinis temere violentas et eundem carceri mancipari. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.

a) § *fehlt*

### 45. Contra illos, qui usurpant iurisdictionem.[a]

.. Episcopus, quod .. prior et conventus .. diocesis in presbiteros et clericos ipsius iurisdictioni subiectos eiusdem diocesis sibi iurisdictionem spiritualem et temporalem indebitam usurpantes presumunt eos sue subiacere dicioni in eius preiudicium et gravamen. – partibus convocatis. Vel sic: .. archidiaconus, quod .. obedientiam et reverentiam sibi ratione dicti archidiaconatus debitam contra iustitiam denegant exhibere. – partibus convocatis.

a) *folgt* q

### 46.[a]

Sua nobis .. petitione monstravit, quod, licet in causa, que inter ipsum et .. super .. coram te auctoritate ordinaria vertitur, usque ad diffinitive sententie

calculum duxeritis procedendum, eam tamen terminare pluries requisitus ab ipso iam elapso biennio non curasti in eius preiudicium et gravamen. Ne igitur
f. 33v ex | prorogatione iudicii iustitie derogetur, mandamus, quatinus, si est ita, infra tres menses post susceptionem presentium eidem cause debitum finem imponas, alioquin .. etc.,[1] ut idem extunc tuo servato processu causam ipsam debito fine decidant.

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *Nach Nr. 166 zu ergänzen.*

### 47.[a]

Iud. B. tutor .. pupilli etc., quod, cum ipse coram .. mulierem continue suam super .. ad dictum pupillum spectante traxisset in causam, iidem[b] iudices perperam etc.[1] contra eum, a qua[c] idem B. nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus in appellationis causa.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] ii *auf Rasur* [c)] *statt* quo

[1] *Zu ergänzen etwa: „in causa ipsa procedens iniquam"; vgl. HERDE, Audientia 2,505 Q 15,15 u. 508 Q 15,19.*

### 48.[a]

Iud. .. prepositus et conventus .. ordinis .. diocesis, quod venerabilis frater noster .. loci metropolitanus existens in .. eorum causam nulla competenti monitione premissa sine causa rationabili auctoritate propria excommunicationis sententiam promulgavit contra statuta concilii generalis.[1] Unde ipsi damus nostris litteris in mandatis, ut, si est ita, sententiam ipsam infra X dierum spatium post susceptionem earum sine qualibet difficultate relaxet. Ideoque mandamus, quatinus partibus convocatis. Testes. Sine proviso.

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *c. 47 Conc. Lat. 4 = X 5.39.48.*

## 49.[a]

Iud. Prepositus et capitulum etc., quod, cum ipsi ad vacantem plebem .. et ad eos pleno iure spectantem .. diocesis, prout spectabat ad ipsos, canonice contulissent, .. episcopus[b] .. ipsam post appellationem ad sedem apostolicam interiectam de facto, cum de iure non posset, .. diocesis contulit in eorum preiudicium et gravamen. In contradictores excommunicationis sententia promulgata. – mandamus vocatis etc.

[a] *Überschrift fehlt* [b] us *korrigiert*

## 50.[a]

Iud. .. canonici etc., quod .. ipsum post iter arreptum ad sedem apostolicam venientem canonicatu suis[b] ipsius ecclesie, que, sicut asserit, canonice fuerat assecutus et aliquamdiu quiete[c] possederat, contra iustitiam spolians prebendam ipsam .. contulit, qui eam detinet occupatam in eius preiudicium et gravamen. – vocatis etc.

[a] *Überschrift fehlt* [b] *statt* suo [c] q *korrigiert*

## 51.[a]

Sua nobis .. de .. clericus petitione monstravit, quod, cum inter ipsum et .. de .. presbiterum .. diocesis super .. orta materia questionis fuisset et[b] hinc inde in .. decanum ecclesie de .. tamquam in arbitrum sub certa pena concorditer compromissum, idem arbiter compromissi formam excedens super aliis, de quibus compromissum non fuerat, contra predictum clericum arbitrium promulgavit iniquum. Quare nobis humiliter supplicavit, ut denuntiari faceremus huiusmodi arbitrium esse nullum et eundem clericum propter hoc ad penam aliquam non teneri. – mandamus, quatinus partibus convocatis.

[a] *Überschrift fehlt* [b] *interlinear darüber geschrieben*

f. 34r

52.[a]

Iud. .. rector ecclesie etc., quod .. ipsum eadem ecclesia, quam canonice se proponit adeptum et aliquamdiu canonice possedisset, contra iustitiam spoliarunt. Cum igitur spoliant iniuste.

[a]) *Überschrift fehlt*

53.[a]

Iud. .. prior ecclesie sancti Martini ordinis sancti Augustini etc., quod .. rector ecclesie sancte Marie .. et quidam alii presbiteri .. diocesis parrochianos dicte ecclesie sancti Martini et ecclesie sancti Iusti ad ecclesiam sancti Martini pleno iure spectantis recipientes temere ad divina eisdem sacramenta ecclesiastica exhibere presumunt in ipsarum ecclesiarum preiudicium et gravamen. – partibus convocatis.

[a]) *Überschrift fehlt*

54.[a]

Iud. Conquestus est nobis Symon de .. loco laicus, quod, cum ipse .. abbati et conventui monasterii de .. loco Cistercien. ordinis .. diocesis diu servierit fideliter et devote, iidem promissam sibi pro labore mercedem ei denegant contra iustitiam exhibere. – partibus convocatis.

[a]) *Überschrift fehlt*

55.[a]

Iud. Ad audientiam nostram[b] noveris pervenisse, quod Raymundus de Saneaz, talis de Conflento[1] et quidam alii laici Tarentasien.[2] et Maurianen.[3] civitatem et diocesium quasdam terras, possessiones et res alias ad .. de .., Iohannem filium et Mariettam uxorem eiusdem Iohannis communiter spectantes titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis perceperint ultra sortem, et alias multa extorserunt et adhuc extorquere nituntur ab ipsis communiter per usurariam

pravitatem de non repetendis usuris extorto ab eis nichilominus iuramento. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos usurarios, quod relaxent huiusmodi iuramentum, monitione premissa per censuram ecclesiasticam eoque relaxato, ut sua sorte contenti pignora ipsa et quicquid ultra sortem perceperunt ex eis ac sic extorta predictis Stephano et aliis restituant et ab usurarum exactione desistant per penam in Lateranensi consilio[c] contra usurarios editam[4] appellatione remota compellas, attentius provisurus, ne auctoritate nostra in negotio procedas eodem, nisi predictus S. et alii restituerint vel adhuc restituant, si quas aliquando extorsit usuras, cum ei legis auxilium suffragari non debeat, qui committit in legem.[5]

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *in anderer Tinte interlinear darüber geschrieben*
[c)] *statt* concilio

[1] *Conflent (Roussillon). Nicht identifiziert.*
[2] *Tarentaise (Savoyen).*
[3] *Saint-Jean de Maurienne (Savoyen) (Suffr. Tarentasien).*
[4] *Die Rückerstattung des Wuchers sollt gemäß den Bestimmungen des 3. Laterankonzils erfolgen. Das 3. Laterankonzil (1179) bestrafte Wucherer mit dem Ausschluss von der Kommunion und vom kirchlichen Begräbnis: c. 25 Conc. Lat. III = X 5.19.3. Diese Bestimmung galt für Wuchersachen und Pfandgeschäfte. Die Eideslösung sollte durch gewöhnliche kirchliche Zensuren erzwungen werden.*
[5] *Die Attentius-Klausel erlaubte dem geistlichen Gericht ein Verfahren gegen Wucher nur, wenn der Kläger kein Wucherer war oder seinen Wuchergewinn zurückgezahlt hatte. Die Attentius-Klausel wurde bei Klagen von Geistlichen nicht angewendet. Bei ihnen schloss man eine Beteiligung an Wuchergeschäften von vornherein aus. Bei Klagen gegen Juden entfiel die Attentius-Klausel ebenfalls, da für sie das kanonische Recht nicht zuständig war. Es war bekannt, dass Juden Wucher nahmen, weshalb sie das geistliche Gericht in dieser Angelegenheit nicht schützte. Wenn der Kläger Laie war, wurde die Attentius-Klausel bei Wuchersachen und Pfandgeschäften in gleicher Weise angewendet. Vgl. auch Ottob. lat. 762 Nr. 55ff.; HERDE, Audientia 1,207; 2,115ff. K 16 mit Anm. 2 u. 155 K 31 mit Anm. 5. Da die Angeklagten wohl Laien waren, müsste die Testes-Klausel angewendet werden; vgl. DERS., Zeugenzwang 271f.; DERS., Audientia 1,222; 2,63 N 62.(I).1 bzw. (II).*

## 56. „Ea, que de bonis“ in minori forma.[a 1]

Iud. Dilecti filii .. rectoris ecclesie de .. talis diocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocare procures, contradictores etc. Testes autem etc.

[a)] *Überschrift von anderer Hand als Texthand links am Rand nachgetragen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,595 Q 23,24.*

57. De difficultatibus, que accidunt super iure patronatus.[1]
Iud. Dilectus filius V. de .. clericus nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse ad vacantem ecclesiam de .. diocesis per veros patronos ipsius .. preposito ecclesie sancte Marie de .. loco, ad quem institutio ipsius.[a]

[a)] *Rest fehlt*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,310 K 165. Danach evtl. zu ergänzen: „de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere dinoscitur, fuisse canonice presentatus, idem prepositus eum ad eandem ecclesiam admittere contra iustitiam recusavit vel denegavit. – mandamus, quatinus partibus convocatis, quod canonicum fuerit etc.“*

f. 35r[a]

58.

attendentes,[b] quod eo salubrier est eorum subventio, quo ipsi utpote divino sed occulto iudicio morbo lepre percussi maiores in suis corporibus sustentent cruciatus, universitatem vestram rogamus et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus, cum ipsi vel eorum nuntii ad vos accesserint[c] propter hoc subsidii beneficia petituri, de bonis vobis a deo collatis pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram ipsorum inopie consulatur et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis[d] dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint caritatis, centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

[a)] *f. 34v leer, folgendes Blatt aus der Lage herausgeschnitten* [b)] *Text beginnt in der Mitte eines Reskripts, da ein Blatt fehlt* [c)] *folgt* etc. [d)] p *aus* b *korrigiert*

59.[a]

Alexander etc.[1] Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem etc. Preces, que

continent opera pietatis, vobis eo fiducialius porrigimus, quos[b] nos operibus ipsis intentos preces ipsas credimus facilius adimplere, ad que tenemini etiam non rogati. Licet autem omnibus debeatis benignitatis vestre gratiam exhibere, illis tamen specialius et habundantius liberales esse nos convenit, qui occulto dei iudicio sibi et aliis effecti inutiles subsidio indigent aliorum. Cum[c] igitur domus leprosorum sancti Antonii de Ceperano[2] Verulanen.[3] diocesis non modica rerum temporalium paupertate gravetur nec possint dilecti filii .. magister et fratres ibi degentes de facultatibus propriis, cum nullos fere redditus habeant, sustentari, universitatem vestram, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatinus,[d] ut sitis participes operum[d] pietatis, accedentes ad nos magistrum seu fratres
f. 35v vel nuntios predicte domus pro elemosinis fide|lium colligendis recipientes ylariter et honeste tractantes parrochianos vestros moneatis attentius et efficaciter inducatis in remissionem eis ex parte nostra peccaminum iniungendo, ut ipsis grata subsidia et pias elemosinas largiantur. Indulgentiam etiam, que sibi a sede apostolica est concessa, singuli vestrum parrochianis ipsis diligenter et fideliter exponentes legata et relicta eis a decedentibus in testamento vel ultima voluntate faciatis eisdem cum integritate persolvi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, mandatum nostrum et preceptum taliter impleturi, quod preter divine retributionis gratiam, quam ex hoc poteritis promereri, nos vobis et ecclesiis vestris constituatis exinde debitores.

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* quo c) C *aus* G *korrigiert*
d-d) *doppelt*

1 *Alexander IV.*
2 *Ceprano (Prov. Rom).*
3 *Veroli (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*

## 60.[a]

Alexander etc.[1] Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii sancte Clare Sanctaranen.[2] Vlisbonen.[3] diocesis ordinis sancti Damiani salutem etc.[4] Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devotionis obsequia promerentur illumque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est et retributio meritorum.

Nos igitur ad consequenda predicta gaudia causam dare fidelibus populis cupientes omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam vestram incunctis festivitatibus beate et gloriose virginis Marie, matris Christi, beati .. martiris, sanctorum Francisci et Antonii confessorum, sancte Clare virginiis et beate Caterine et per VIII dies sequentes devote ac venerabiliter annis singulis visitabunt, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi centum dies de iniucta[b] sibi penitentia misericorditer relaxamus.

a) *Überschrift fehlt*  b) *statt* iniuncta

1 *Alexander IV.*
2 *Santarem (Estramadure).*
3 *Lissabon.*
4 *Nicht identifiziert.*

f. 36r

## 61. Protectoria.[1]

Dilectis in Christo filiabus .. priorisse et conventui sororum inclusarum[a] sancti[b] Agathe Urbinat.[2] ordinis .. salutem etc. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecte in domino filie, vestris devotionibus annuentes personas vestras et locum sancte Agathe, in quo sub clausura divino estis obsequio mancipate, cum bonis vestris, que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem locum ipsum ac terras, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos loco eidem auctoritate apostolica confirmamus et presenti[c] scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis etc. Si quis autem etc.

a) *Kürzung über* l  b) *statt* sancte  c) *statt* presentis

1 *Vgl. dazu* HERDE, *Audientia 2,448 Q 9,1.*

[2] *S. Agata, Urbino (Prov. Pesaro). Nachweise: P. Sella, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), Nr. 2194, 2501, 2559.*

## 62.[a]

Iud. Dilecti filii capitulum ecclesie Esculan.[1] nobis exponere curaverunt, quod nonnulli clerici Esculan. civitatis et diocesis olim super receptione ac provisione ipsorum in eadem ecclesia sedis apostolice ad certos executores[b] litteras impetrantes, dum deberent in ecclesiam ipsam intrare per hostium et ibidem iuxta mandatum apostolicum assequi, quod intendunt subi[c] seculari potentia, in eandem ecclesiam temeritate propria se intrudunt, chorum intrant, cameras occupant, frangunt cellarium, panem et vinum ac alia bona communia ipsius ecclesie violenta temeritate accipiunt et usurpant in animarum suarum[d] periculum, plurimorum scandalum et eiusdem ecclesie detrimentum. Nolentes igitur insolentias huiusmodi substinere, mandamus, quatinus clericos illos, quos tali quandocumque presupsisse[e] constiterint, carere decernas auctoritate nostra commodo huiusmodi litterarum, contradictores etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *folgt* suas c) *statt* subire
d) *darüber überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen* e) *statt* presumpsisse

[1] *Ascoli Piceno.*

## 63.[a]

Iud. Dilecti filii .. preceptor et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum de .. nobis graviter sunt conquesti, quod venerabilis frater noster .. episcopus Priscinen.[1] eis per incendia et rapinas ac etiam alias dampna gravia irrogavit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictum episcopum, quod eisdem preceptori et fratribus de dampnis huiusmodi plene satisfaciat, ut tenetur, monitione premissa auctoritate nostra appellatione remota previa ratione compellas, non obstante, si ei a sede apostolica sit indultum, quod suspendi vel interdici aut excommunicari seu extra certa loca conveniri non possit sive aliqua indulgentia sedis eiusdem, per quam effectus iustitie in hac parte impediri valeat vel differi et de qua in litteris nostris plenam et expressam oporteat fieri mentionem.

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *Wohl Prisciniacum, Brignais (Rhône).*

f. 36v

64.[a 1]

Dilecto filio Blasio nepoti et capellano nostro[2] canonico Saresbrien.[3] salutem et apostolicam benedictionem. Illos favore speciali et gratia nos decet attollere, qui nobis consanguinitatis linea[b] sunt coniuncti et alias sue probitatis merita adiuvantur. Volentes itaque tue[c] devotionis optentu tibi facere gratiam specialem, ut fructus, redditus et proventus prebende tue, quam in Saresbrien. ecclesia obtines, cum ea integritate cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis precipere valeas, cum qua illos perciperes, si in eadem ecclesia personaliter resideres, nec ad faciendam in ipsa ecclesia residentiam tenearis aut compelli possis invitus, non obstante, quod primam in ea residentiam non fecisti, a qua te auctoritate presentium absolvimus de gratia speciali, seu contrariis consuetudinibus vel statutis ipsius ecclesie, etiam su[d] sint iuramento, confirmatione sedis apostolice vel alia qualibet firmitate vallata et universis indulgentiis, privilegiis ac litteris apostolicis impetratis vel etiam impetrandis sub quavis verborum forma, de quibus vel quorum totis tenoribus plenam et expressam fieri oporteat in nostris litteris mentionem, sive quod non es in sacris ordinibus constitutus[e] seu quod .. procurator tuus de residentia in ipsa ecclesia facienda et observandis[f] eiusdem ecclesie consuetudinibus vel statutis in anima tua prestitisse dicitur tuo nomine iuramentum aut si venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis capitulo Saresbrien. seu aliis a sede sit indultum eadem, quod canonici dicte ecclesie huiusmodi indultis nequaquam obstantibus compellere valeant ad faciaendam[g] in dicta ecclesia residentiam personalem, sive si alii predicte ecclesie canonici sunt a nobis consimilem gratiam consecuti, auctoritate tibi presentium indulgemus. Et ut hec nostra indulgentia semper in suo robore perseveret, decernimus irritum et inane, quicquid contra eam per quemcumque aut quoscumque nostra vel quavis auctoritate contigerit attemptari. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] e *korrigiert* [c)] u *korrigiert* [d)] *statt* si [e)] *zweites* u *korrigiert* [f)] dis *korrigiert* [g)] *statt* faciendam

[1] *Vgl. Les registres d'Alexandre IV, Nr. 1681 (1256 November 13).*
[2] *Nachweis: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 1681.*
[3] *Salisbury (Wiltshire). Das Provisionsschreiben Alexanders IV. für seinen Neffen Blasius wurde 1257 Juni 12 ausgestellt. Nachweis: J. E. SAYERS, Original Papal Documents in England and Wales from the Accession of Pope Innocent III to the Death of Pope Benedict XI (1198-1304), Oxford 1999, Nr. 590 mit Anm. 1.*

## 65.[a]

Alexander etc.[1] Venerabili fratri .. episcopo .. salutem etc. Odoris fame tue lata diffusio ita te apud nos dignum favore constituit, quod petitiones tuas et aure benigna suscipimus et favorabiliter exaudimus. Cum igitur, sicut lecta nobis tua petitio continebat, propter multarum adversitatum et tribulationum angustias, quas pro defensione iurium et libertatum ecclesie tue hactenus sustinuisse dinosceris, mense tue proventus non modicum sint exhausti, nos optentu devotionis, quam erga nos et apostolicam sedem habere dinosceris, eandem mensam ampliari potius quam attenuari in redditibus cupientes tuis devotis supplicationibus inclinati, ut duas ecclesias in tua civitate vel diocesi seu alibi consistentes, quas malueris, in quibus tu et nullus alius ius obtinet
f. 37r patronatus, cedenti|bus vel decedentibus eorum rectoribus eidem mense ad tuos et successorum tuorum usus perpetuo ammittere seu applicare valeas, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, tibi auctoritate presentium indulgemus, non obstante, si aliquibus ab apostolica sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, nisi plenam et expressam fecerint de indulto huiusmodi mentionem, vel quavis alia indulgentia sedis eiusdem, per quam effectus presentium quomodolibet impediri valeat seu etiam retardari, aut si pro aliquibus beneficiandis in illis partibus scripta nostra direximus, quibus quoad assecutionem aliorum beneficiorum volumus[b] auctoritate presentium preiudicium generari, proviso, quod vicariis in eisdem ecclesiis perpetuo servituris portiones congrue[c] de ipsarum proventibus assignentur, ex quibus possint commode sustentari et debita earundem ecclesiarum onera supportare. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Dat.

[a] *Überschrift fehlt* [b] o *korrigiert* [c] *interlinear darüber geschrieben*

[1] *Alexander IV.*

f. 37v

## 66. Cautio simplicis littere.

Omnibus presentes litteras inspecturis Iohannes de Camezano,[1] domini pape capellanus et ipsius contradictarum auditor, salutem in domino. Noveritis, quod, cum Guillelmus Guarini,[2] domini pape capellanus, cantor ecclesie Briuaten.,[3] pro se contra .. archipresbiterum ecclesie de Sollempniaco,[4] Iohannem de Casalis,[5] canonicum sancti Agrippani[6] Anicien.,[a] [7] Bertrandum de Sereis[8] et Robertum de Larocha,[9] milites et quosdam alios Anicien., Lemouicen.[10] et Claromonten.[11] civitatum et diocesium super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis ad .. priorem Baiasse[12] Claromonten. diocesis sub data Viterbii[13] III. kl. aprilis, pontificatus domini Urbani pape IIII. anno primo[14] in communi forma litteras apostolicas impetrasset, eisdem litteris Petrus de Esculo[15] clericus et procurator Hugonis de Breisiaco,[16] canonici Anicien., pro ipso in audientia publica contradixit, timens eum per illam generalem clausulam quidam[b] alio conveniri. Quas tandem ea conditione absolvit, quod dictus canonicus non conveniatur per clausulam supradictam, quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri.

[a] ni *auf Rasur* [b] *statt* cuidam

[1] *Iohannes de Camezano. Iohannes de Camezano war wohl von Anfang 1252 bis vor 1263 Februar 14 auditor litterarum contradictarum. Der früheste urkundliche Beleg Iohannes de Camezanos als auditor trägt das Datum 1252 Februar 6. Vgl. Nachweis: Les registres d'Innocent IV, Nr. 5614, 5615; HERDE, Beiträge 18; DERS., Marinus 38 mit Anm. 141(QFIAB 152). Sein Nachfolger, Bartholomäus, Archidiakon von Amiens, ist für 1263 Februar 14 erstmals in dem Amt des auditor litterarum contradictarum belegt. Vgl. HERDE, Audientia 1,75; DERS., Marinus a. a. O.; DERS., Beiträge 22ff., Urkunden 252ff.; G. F. NÜSKE, Untersuchungen über das Personal der päpstlichen Kanzlei 1254-1304, in: AD 20 (1974), 138ff.; A. v. JAKSCH, Monumenta Historica ducatus Carinthiae 4, Klagenfurt 1906, 22 Nr. 2676; M. P. SHEEHY, Pontificia Hibernica, Bd. 2, Dublin 1965, Nr. 413-415, 452, 453 (aus dem Zeitraum von 1255-1258); Les registres d'Urbain IV, Bd. 1: Registre caméral, Nr. 377; Les registres d'Urbain IV, Nr. 289, 2373, 1633.*
[2] *Nicht identifiziert.*
[3] *Brionde (Haute-Loire).*
[4] *Solignae (Haute-Vienne).*
[5] *Möglicherweise Casal Monferrato (Prov. Alexandria).*

[6] *S. Agripani, Le Puy (Haute-Loire). Nachweis: Les registres d'Alexandre IV, Bd. 3, 55.*
[7] *Le Puy (Haute-Loire).*
[8] *Nicht identifiziert.*
[9] *Möglicherweise Rochia Allobrogum = La Roche-sur-Foron (Haute-Savoie).*
[10] *Limoges (Haute-Vienne).*
[11] *Wohl Clermont-Ferrand (Puy-de-Dôme). Möglich sind auch noch: Claromontium = Clermont (Haute-Savoie), Clermont-de-l'Oise = Clermont-en-Beauvaisis (Oise) oder Clermont-l'Hérault (Hérault).*
[12] *Nicht identifiziert.*
[13] *Viterbo.*
[14] *Urban IV. (1262 März 30).*
[15] *Ascoli Piceno. Nicht identifiziert.*
[16] *Wohl Hugo de Brixiaco, Kanoniker in Le-Puy. Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1053, 1054.*

## 67. Cautio, que datur de littera „post iter arreptum".

Omnibus etc. Noveritis, quod, cum Guillelmus iunor de Montereuello,[1] canonicus ecclesie Anicien.,[2] pro se impetraret litteras apostolicas sub hac forma: Urbanus episcopus etc.[3] dilecto filio .. priori de Randas[4] Lugdunen. diocesis[5] salutem etc. Dilecti filii Guillelmi de Montereuello canonici ecclesie Anicien.[6] precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus, quicquid, postquam idem pro suis et ecclesie Aniciensis negotiis iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, inveneris in eius preiudicium temere attemptatum, in statum debitum legitime revocare procures, contradictores etc. Dat. Viterbii kl. decembris, pontificatus nostri etc.[7] eisdem litteris Petrus de Esculo clericus,[8] procuratur Hugonis de Breisiaco, canonicus Anicien.,[9] pro ipso in audientia publica contradixit, quas tandem ea conditione absolvit, quod dictus Hugo canonicus non conveniatur per litteras supradictas nec ad ipsum heedem littere aliquatenus extendantur, quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cuius rei testimonium etc. Dat. etc.

[1] *Nicht identifiziert.*
[2] *Le Puy (Haute-Loire).*
[3] *Urban IV.*
[4] *Möglicherweise Randan (Puy-de-Dôme).*
[5] *Lyon (Rhône).*
[6] *Guillelmus de Monte Revello, Kanoniker in Le-Puy, Kaplan des Bischofs von Sabina. Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1239.*
[7] *Nach dem Itinerar hielt sich Urban IV. nur 1261 Dezember 1 in Viterbo auf. (Les registres d'Urbain IV fehlt; POTTHAST fehlt).*
[8] *Ascoli Piceno. Nicht identifiziert.*
[9] *Wohl Hugo de Brixiaco, Kanoniker in Le-Puy. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1053, 1054.*

f. 40r[a]

68.[b]

Supplicat sanctitati vestre conventus monasterii sancti Firmani[1] de Potentia[2] ordinis sancti Benedicti Firmane[3] diocesis Firmani episcopi iurisdictioni subiecti, ut, cum ipsum monasterium sit ad presens abbatis solatio destitutum ac electiones prelatorum ecclesiarum in Anconitana Marchia[4] sint per apostolicam sedem inhibite, quatinus alicui discreto scribere dignemini, ut eidem monasterio auctoritate nostra preficiat[c] personam idoneam in abbatem faciens ei munus benedictionis impendi et a suis subditis obedientiam et reverentiam sibi debitam exhiberi, contradictores etc.

[a)] *f. 38r, f. 38v, f. 39r leer; f. 39v Nachtrag saec. XIV (Stilproben von deutscher Hand*
[b)] *Überschrift fehlt* [c)] p *mit* er- *und* re-*Kürzung*

[1] *Möglicherweise handelt es sich um das Kloster S. Firmanus (Diöz. Fermo). Nachweise: P. Sella, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), Nr. 6188, 6728, 6775, 7048, 7266.*
[2] *Möglicherweise handelt es sich um Potenza Picena. Nachweis: a. a. O. Nr. 6230.*
[3] *Fermo (Prov. Ascoli Piceno).*
[4] *Mark Ancona.*

68.1[a]

Nos decanus totumque capitulum etc. tenore presentium recognoscimus et publice profitemur, quod constitutus coram nobis in Maguntia[1] anno domini millesimo CC° LXXXIIII° sabbato post festum beati Urbani[2] honorabilis vir Gerhardus de Eppinsten electus in archiepiscopum Maguntinum[3] publice est confessus, quod ad petendum confirmationem a sede apostolica electionis de se facte et ad prosequendum illam in Romana curia predicto die iter arriperet ad predictam Romanam curiam veniendi, quod etiam se facturum ipso die iuramento proprio tactis sacrosanctis euuangeliis[b] declaravit. Vidimus quoque oculata fide eundem G. ad eundum in omnibus expeditum et a civitate Maguntina recedere die prenotato. In cuius sue confessionis iuramenti et recessus fidem sigillum nostri capituli presentibus apponi fecimus in testimonium veritatis. Dat. Mag. etc.

[a)] *Nachtrag von deutscher Hand saec. XIII; Überschrift und § fehlen* [b)] evangelis

[1] *Mainz.*
[2] *1284 Mai 27.*
[3] *Gerhard von Eppenstein. Vgl. J. FR. BÖHMER., Regesta Archiepiscoporum Maguntinensium. Regesten zur Geschichte der Mainzer Erzbischöfe, Bd. 2, Innsbruck 1886 (ND Aalen 1966), LXXVIf., 422; F. JÜRGENSMEIER, Das Bistum Mainz: von der Römerzeit bis zum II. Vatikanischen Konzil, Frankfurt a. Main 1988 (Beiträge zur Mainzer Kirchengeschichte 2), 112f.; GANZER 359; EUBEL 1,322 Anm. 4.*

69.

Significat sanctitati vestre P. clericus Maguntinus[1] in nostra presentia constitutus, quod, licet ipse ad vacantem ecclesiam .. Maguntine diocesis ab abbatissa[a] et conventu monasterii Veteris[b] Celle in Moguntia[c] Cistercien. ordinis,[b] [2] veris patronis eiusdem ecclesie, archidiacono loci fuisset canonice presentatus, tamen .. preposito et conventu monasterii talis, talis diocesis, institutioni sue se contra iustitiam opponentibus, idem P. dictam ecclesiam nondum potuit optinere. Cum autem ipse iuri, quod sibi ex presentatione huiusmodi in dicta ecclesia competit, sit renuntiare paratus, supplicat, quatinus
f. 40v sibi specialem gratiam facientes alicui | discreto scribere dignemini, ut ipsum in ecclesia Patauien.[3] recepi[d] faciens auctoritate vestra per se vel per alium aut alios in canonicum et in fratrem ei de prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, providere procuret inducens ipsum in illius corporalem possessionem et defendens inductum sibi in stallo, in choro et loco in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignatis, non obstante certo ipsius ecclesie canonicorum numero, iuramento, confirmatione sedis apostolice sive quacumque alia firmitate vallato aut si direxistis[e] ibidem pro aliis scripta vestra seu si est aliquibus ab eadem sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli sive interdici, suspendi vel excommunicari non possint, aut quod de beneficiis vel prebendis ad collationem suam spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas etc. sive qualibet alia indulgentia etc., contradictores etc.[f]

a) *wohl statt* abbate  b-b) *von anderer Hand in anderer Tinte auf Rasur; früherer Text nicht mehr feststellbar*  c) *statt* Maguntia  d) *wohl statt* recipi
e) x *aus* c *korrigiert*  f) *Rest von f. 40v leer*

[1] *Mainz.*
[2] *Alt-Zelle (Altenzell), Altmünster. Nachweise: J. FR. BÖHMER., Regesta Archiepiscoporum Maguntinensium. Regesten zur Geschichte der Mainzer Erzbischöfe, Bd. 2, Innsbruck 1886 (ND Aalen 1966), 198 (Nr. 554), 269 (Nr. 416), 275 (Nr. 457), 400 (Nr. 429). Durch die Fürsprache Erzbischof Siegfrieds III. wurde das Benediktinerinnenkloster 1243 vom*

*Generalkapitel von Cîteaux in den Ordnen aufgenommen und dem Zisterzienserkloster Eberbach im Rheingau unterstellt;* Böhmer *269 (Nr. 416), 275 (Nr. 457); R.* Dertsch, *Die Urkunden des Stadtarchivs Mainz, Mainz 1962 (Beiträge zur Geschichte der Stadt Mainz, Bd. 20 Teil 1), Nr. 96, 97. Vgl. dazu L.* Falk, *Mainz in seiner Blütezeit als freie Stadt (1244-1328), Düsseldorf 1973 (Geschichte der Stadt Mainz Bd. 3), 27f. Bei der Kirche könnte es sich möglicherweise um Kostheim handeln, deren Patronat das Kloster seit 1239 Oktober 18 besaß. Vgl. R.* Dertsch, *Die Urkunden des Stadtarchivs Mainz, Mainz 1962 (Beiträge zur Geschichte der Stadt Mainz, Bd. 20 Teil 1), Nr. 85, 93, 110.*

[3] *Passau.*

f. 41r

## 70. Preces pro aliquo.

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo .. Dilectum filium Petrum, clericum ecclesie sancti Leonardi Esculan.,[1] gratiose prosequi ac favorabiliter intendentes universitatem vestram rogamus, monemus[a] et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ipsum in ecclesia vestra recipiatis pro vestra et apostolice sedis reverentia in canonicum et in fratrem eique provideatis, prout ad vos communiter pertinere dicitur, de prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, non obstante statuto de certo canonicorum numero, iuramento, confirmatione sedis apostolice aut alia quavis firmitate vallato vel si pro aliis ibidem direximus scripta nostra, quibus nolumus auctoritate presentium preiudicium generari seu quavis eiusdem sedis indulgentia, de qua plenam et expressam oporteat in presentibus mentionem fieri et per quam effectus presentium impediri valeat vel differi seu quod alias scripsimus pro eodem, cum non sit exinde, sicut asserit, commodum assecutus, preces et mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi, quod devotionis vestre promptitudinem merito commendemus.

[a] *über* m us-*Kürzung*

[1] *S. Leonardo, Ascoli Piceno. Nachweise: P.* Sella, *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), Nr. 7753, 7812, 7852 u. ö.*

## 71. Forma in virtute obedientie.

Eisdem. Sua nobis G. de .. clericus .. diocesis petitione monstravit, quod, cum nos olim vobis sub certa forma per litteras nostras preces direxerimus et mandatum, ut ipsum in ecclesia vestra, in qua prebendarum collatio ad vos pertinere dicitur, reciperetis in canonicum[a] et in fratrem ac de prebenda, si qua

tunc vacabat ibidem vel quam primum ad id se offerret oportunitas, provideretis eidem, vos precibus et mandato huiusmodi penitus obauditis, quod mandavimus, efficere non curastis, propter quod idem pauper recurrere ad nostram providentiam denuo est coactus. Quocirca universitati vestre per iterata scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus eundem clericum in iam dicta ecclesia in fratrem et canonicum recipere ac ei de prebenda providere curetis iuxta predictarum continentiam litterarum, non obstante, quod statuisse dicimini et iuramento firmasse, quod nullum nisi compulsi in vestrum canonicum admittatis vel ad hoc prius per sententiam condempnati.

[a] c *korrigiert*

## 72. Forma executorie.

Iud. Constitutus in presentia nostra dilectus filius G. de .. loco pauper diaconus nobis exposuit, quod, cum nos olim .. decano et capitulo ecclesie sancti Arnualis[1] .. diocesis sub certa forma primo preces direxerimus et mandatum et postmodum nostris virtute obedientie districte dederimus litteris in preceptis, ut ipsum in eadem ecclesia, in qua prebendarum collatio ad eos pertinet, f. 41v reciperent in canonicum et in fratrem eique de prebenda, si qua tunc vacabat | ibidem vel quam primum ad id se offeret[a] oportunitas providerent, dilecto filio G. de .. canonico ecclesie sancti Salvatoris Meten.[2] sibi super hoc monitore concesso ipsi precibus, mandato et precepto huiusmodi ac ipsius monitoris monitis penitus obauditis id efficere non curarunt, propter quod idem diaconus non sine magnis laboribus et expensis coactus iam tertio apostolice sedis gratiam implorare. Nos itaque iam dicto pauperi paterno compatientes affectu ac per hoc volentes, ut, quod de ipso in hac parte incepimus, ad effectum debitum perducatur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, prefatos decanum et capitulum ex parte nostra per te vel per alium moneas et inducas, ut eundem diaconum, dummodo sit idoneus et velit in dicta ecclesia personaliter residere ac se facere ad ordinem sacerdotii, si eum prebende, quam eum ibidem habere contigerit, onus exiget[b] statutis temporibus promoveri, recipiant in canonicum et fratrem sibique provideant de prebenda

iuxta predictarum continentiam litterarum eos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

a) *darüber überflüssige* er-*Kürzung* b) *durch expungieren von* re *aus* exigeret *korrigiert*

1 *S. Arnual (Diöz. Metz) (Moselle). Nachweise: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 1565, 3153.*
2 *S. Salvator, Metz (Moselle). Nachweis: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 1564.*

## 73. Preces ad electum Lugdunen.[1]

Dilecto filio .. electo Lugdunen. salutem etc. Suadente devotionis promptitudine, quam dilectus filius Petrus de Marescalci, ecclesie Lugdunen. canonicus, clericus et familiaris tuus, ad tuam gerit et hactenus gessit inconcusse personam, ab olim ad tua prosequenda negotia tam libenter quam liberaliter se exponens circa illa, ut audivimus, per longi temporis spatium continuato laudabilis diligentie studio fideliter ac utiliter nulla rerum aut persone vitando pericula laboravit ac votivis affectibus laborare desiderat in futurum. Sane nostra tenet credulitas, quod prudentie tue circumspecta benignitas laborum eiusdem Petri longa servitia et explorate sue fidei[a] documenta, qua decet, attentione considerans illa in libro illabilis memorie conscripserit tuque pro hiis ad promovendum oportuno tempore sui honoris augmentum sollicitus habearis. Verum tamen, ut memoratus clericus, qui suorum laudabilium exigentia meritorum nobilitate sibi generis suffragante in conspectu vestro gratiosius redditur, per intercessionis nostre suffragium tui favoris gratiam iuxta nostrum desiderium sibi celerius ac efficacius sentiat fructuosam, sinceritatem tuam pro ipso nostris decrevimus litteris excitandam, quam in hoc speramus apostolicis beneplacitis consensum facilem
f. 42r prestituram. Ideoque | discretionem tuam rogamus attente, quatinus memorato Petro in Lugdunen. ecclesia, in qua personatum[b] et dignitatum aliquorum collatio ad te pertinere dicitur, de aliquo ex huiusmodi personatibus seu dignitatibus, si vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, pro nostra et apostolice sedis reverentia studeas liberaliter providere, non obstante, si aliqui super provisione sua de personatibus seu dignitatibus in illis partibus generaliter aut in dicta ecclesia specialiter litteras apostolicas impetrarunt, quibus nullum volumus auctoritate presentium preiudicium generari, sive, si tibi a sede apostolica est indultum, quod ad provisionem

alicuius minime tenearis per litteras ipsius sedis, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, aut qualibet alia indulgentia sedis ipsius, per quam id impediri valeat vel differri, nostras in hac parte preces et mandatum taliter impleturus, quod memoratus Petrus, quod desiderat, assecutus constituatur tibi devotior ex devoto et alii eius exemplo ad obsequendum tibi fortius animentur nosque devotionem tuam proinde non immerito commendemus. Dat. Assisii[3] II non. septembris, pontificatus nostri anno primo.[2]

a) ei *korrigiert* b) *statt* personatuum

[1] *Lyon (Rhône). Bei dem Empfänger des Briefes handelte es sich um den Elekten von Lyon, Philippus de Sabaudia (Philipp von Savoyen), er stand dem Erzbistum von Januar 1245 bis März 1267 (zu diesem Zeitpunkt musste er resignieren, da er die Weihen nicht empfangen hatte) vor, vgl. J.-B. MARTIN, Conciles et bullaire du diocèse de Lyon des origines à la réunion du Lyonnais à la France, Lyon 1905, 245ff., 373; GANZER 269; GAMS 571; EUBEL 1,316.*
[2] *1265 September 4, Klemens IV. (POTTHAST fehlt). Nach dem Itinerar kommt kein anderer Papst und kein anderes Datum in Frage.*
[3] *Assisi.*

## 74. Littera de facultate.

Dilecto filio .. preposito et capitulo ecclesie .. salutem etc. Dilectus filius Humbertus de .. officialis Gebennen.[1] tantum, ut asserit, de vestra liberalitate confidit, quod sperat a vobis sine compulsione gratiam assequi, si ad eam impendendam per nos vobis facultatem obtinuerit indulgeri. Nos igitur bonis benefieri cupientes recipiendi eum, qui de litterarum scientia, honestate morum et conversatione laudabili a pluribus commendatur, si, quod de ipsius ydoneitate proponitur, veritate fulcitur aliudque canonicum non obsistat vosque non sitis a nobis facultatem consimilem assecuti, in canonicum et fratrem ecclesie vestre, in qua ad[a] vos canonicorum receptio pertinere dicitur et collatio prebendarum, ac providendi sibi de prebenda, si qua vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, non obstante statuto de certo canonicorum numero, iuramento, confirmatione sedis apostolice vel alia firmitate vallato aut si scripsimus ibi pro aliis, quibus per hoc nolumus preiudicium generari, seu qualibet indulgentia dicte sedis, per quam non expressam presentibus vel totaliter non insertam id impediri valeat vel differi,

f. 42v sive quod iurasse dicimini nullam recipere in vestrum consortium | nisi certis temporibus anni, liberam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem statuto et indulgentia huiusmodi post receptionem ipsius officialis in suo nichilominus robore duraturis. Volumus autem, quod idem H., prout requiret honus prebende, de qua sibi duxeritis providendum, se faciat statutis temporibus ad ordines promoveri[b] et in ea residentiam faciat personalem, alioquin huiusmodi gratia nullius penitus sit momenti.[c]

[a)] a *korrigiert* [b)] *durch Umstellungszeichen aus* promoveri ad ordines *korrigiert*
[c)] *Rest von f. 42v leer*

[1] *Genf (Kanton Genf).*

f. 43r

75.[a]

In dei nomine Amen. Anno dominice incarnationis M°CC° temporibus domini Alexandri pape IIII[ti],[1] mense .., die .. XI. In presentia[b] mei R. etc. venerabilis pater dominus .. abbas monasterii sancti Salvatoris maioris[2] et conventus ipsius, videlicet dompnus Theobaldus, Thomas de Rocca etc. eorum spontanea voluntate fecerunt, constituerunt et creaverunt eorum procuratorem et actorem idoneum et legitimum magistrum I. .. in causis et questionibus, quas habent vel habere intendunt cum domino R. episcopo Esculano[3] et eius capitulo super ecclesiis et monasterio ipsorum, monasteriis subiectis et capellis ipsarum ecclesiarum et iuribus ipsarum possitis in civitate et diocesi Esculano et super expoliatione ecclesiarum et clericorum ipsarum et super extorsione iuramenti clericorum et rebus aliis coram domino R. cardinali[4] a summo pontifice auditore concesso vel coram quocumque alio iudice, coram quo dicte lites et questiones[c] devenirent ad agendum, defendendum, respondendum, excipiendum, replicandum, litem contestandum, in animas[d] nostras iurandum, testes producendum[e] et audiendum, instrumenta producenda et exhibenda, sententiam audiendum et appellandum, si necesse fuerit, promittentes[f] nos firmum et ratum habere, quicquid per dictum procuratorem fuerit in premissis et quolibet premissorum.[g]

[a] *Überschrift fehlt* [b] p *mit* er- *und* re-*Kürzung, darüber weiterer Kürzungsstrich durchstrichen* [c] o *korrigiert* [d] s *korrigiert* [e] u *aus* os *korrigiert* [f] *letztes* t *korrigiert* [g] *Rest von f. 43r leer*

[1] *Alexander IV.*
[2] *Möglicherweise handelt es sich um S. Salvatore Maggiore, Benediktinerkloster südlich von Rieti, dessen Besitz bis ins Regno reichte. Vgl. I. SCHUSTER, Il monastero imperiale del S. Salvatore sul Monte Letenino, ASRSP 37 (1914), 393ff.*
[3] *Ascoli Piceno. In Frage kommt Rainald III., O.S.B., (1259 – vor 1285 Dezember 13). Vgl. GAMS 667; EUBEL 1,111.*
[4] *In Frage kommen möglicherweise Richard Annibaldi, Kardinaldiakon von S. Angeli (1239 April 15 - 1273 Januar 13, † 1276) oder Radulfus Grosparmi, Bischof von Albanese (1263 Januar 9 - 1265 November 4, † 1270). Vgl. J. MAULBACH, Die Kardinäle und ihre Politik um die Mitte des XIII. Jahrhunderts unter den Päpsten Innocenz IV., Alexander IV., Urban IV., Clemens IV. (1243-1268), Bonn 1902, 7, 95 u. ö.; EUBEL 1,6, 8; PARAVICINI BAGLIANI 28 m. Anm. 1 u. 2.*

f. 43v

76.[a]

In dei nomine Amen. Anno domini etc. Guillemus Arnaldi de Mota,[1] canonicus Burdegalen.[2] constitutus procurator a capitulo Burdegalen. ad petendum et obtinendum a domino papa confirmationem electionis facte ab ipso capitulo de venerabili viro magistro .. de .., domini pape capellano et archidiacono Xantonen. et[b] archiepiscopum Burdegalen.[3] ac habens speciale mandatum a dicto[c] capitulo constituendi seu substituendi alium vel alios loco sui, prout discretioni sue videbitur expedire, et quedam alia faciendi, ut in procuratorio sigillato sigillo eiusdem capituli continetur et a me notario infrascripto viso et lecto, cuius tenor talis est: Sanctissimo patri in Christo ac domino Alexandro[4] divina providentia summo pontifici sui devoti filii capitulum Burdegalen. devota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre presentibus intimamus, quod nostros constituimus procuratores nostros magistros .. et .. de .., concanonicos nostros Burdegalen. quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior conditio[d] occupantis, ad petendum et obtinendum a sanctitate vestra confirmationem electionis a nobis canonice facte de venerabili viro magistro .. de .. loco, capellano vestro et archidiacono Xantonen., in archiepiscopum Burdegalen., prout in decreto ipsius electionis plenius continetur, dantes eisdem procuratoribus et eorum cuilibet plenam et liberam potestatem iurandi de calupnia[e] seu de veritate dicendi in animas nostras, si opus fuerit, in negotio antedicto agendi, defendendi, excipiendi, replicandi et omnia faciendi, que necessaria fuerint ad defensionem dicte electionis et optinendam

confirmationem eiusdem nec non constituendi seu substituendi alium vel alios procuratores loco sui, prout discretioni ipsorum videbitur expedire, ratum habentes et habituri ac firmum, quicquid cum dictis procuratoribus et eorum quolibet substituto vel substitutis ab ipsis et quolibet eorundem et per ipsos in vestre curia sanctitatis, quoad dictum negotium et ipsum contingentia actum fuerit vel etiam procuratum, iudicatum solvi, si opus fuerit, et nos et bona ecclesie nostre obligantes. Hec omnia sanctitati vestre et omnibus aliis significamus per presentes sigillo nostro sigillatas. Dat. etc. anno domini etc. Constituit et substituit suum et dicti capituli procuratorem f. 44r magistrum R. de Parma clericum dans ei plenam pote|statem et speciale mandatum petendi confirmationem dicte electionis ac omnia alia et singula faciendi, que ipse ex virtute dicti procuratorii facere poterat seu etiam exercere. Actum etc. Presentibus venerabili viro[f] magistro I. de Camezano,[5] domini pape capellano et ipsius contradictarum auditore, magistro Guillelmo Amantui testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. In cuius rei testimonium prefatus dominus auditor ad preces dicti procuratoris sigillum suum duxit presenti instrumento publico apponendum. Et ego .. notarius etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* in c) *korrigiert* d) *erstes* i *korrigiert* e) *statt* calumpnia f) venerabili viro *interlinear darüber geschrieben*

[1] *Arnaldus de Mota. Vgl. EUBEL 1,150 Anm. 3.*
[2] *Bordeaux (Gironde).*
[3] *Saintes (Charente-Maritime). Es handelt sich wohl um den päpstlichen Kaplan Forto, Archidiakon von Saintes, Elekt von Bordeaux. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 49, 85. Forto wurde in einer Urkunde Urbans IV. von 1262 Januar 26 (Nr. 49) als „Burdegalensi electo" bezeichnet. Am 1262 März 23 wurde jedoch Petrus de Roncevault (de Roscida valle) als Bischof von Bordeaux präsentiert. In der Urkunde Nr. 85 von 1262 April 13 wurde Forto nur noch „archidiacono Xanctonensi" genannt. Vgl. GAMS 520; EUBEL 1,150 mit Anm. 2.*
[4] *Alexander IV.*
[5] *Iohannes de Camezano.*

## 77.[a]

Omnibus presentes litteras inspecturis Iohannes de Camezano,[1] domini pape capellanus et eiusdem contradictarum auditor salutem in domino. Noveritis, quod .. de .. clericus ecclesie Lugdunen.[2] procurator .. de ... precentoris Lugdunen. in nostra presentia constitutus habens ab ipso potestatem et speciale mandatum alium procuratorem in Romana curia constituendi loco sui, prout in

instrumento publico inde confecto sigillato sigillo .. plenius continetur, cuius tenor talis est etc. Constituit Petrum de Esculo[3] clericum procuratorem loco sui pro dicto .. in eadem curia ad omnia supradicta. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Dat. Anagni II idus iunii, pontificatus etc.[4]

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *Iohannes de Camezano.*
[2] *Lyon (Rhône).*
[3] *Ascoli Piceno.*
[4] *In Frage kommt nur Alexander IV. Er hielt sich in den Jahren 1255, 1256, 1259 und 1260 Juni 12 in Anagni auf.*

## 78.[a]

Omnibus presentes litteras inspecturis Iohannes de Camezano.[1] Noveritis, quod .. de .. prepositus Valentin.[2] in nostra presentia constitutus Petrum[b] de Esculo[3] clericum suum in Romana curia constituit procuratorem ad impetrandum omnes litteras tam simplices quam legendas, gratiam et iustitiam continentes, contradicendum, iudices eligendum et recusandum, dans eidem procuratori potestatem alium constituendi procuratorem loco sui in eadem curia ad omnia supradicta, ratum habiturus et gratum, quicquid perdictum procuratorem vel constitutum ab eo super premissis actum seu procuratum fuerit[c] in curia memorata. Et quia dictus Petrus huiusmodi procurationis officium promisit pro dicto preposito fideliter exercere, idem prepositus promisit eidem P. pro huiusmodi salario et labore L. pondos[d] Turonen. annis singulis in Romana curia persolvendos, donec procurationem ipsam duxerit revocandam. In cuius rei testimonium etc. Dat. etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] presentia constitutus, pet *auf Rasur, darüber weitere Rasur* [c)] *folgt Rasur* [d)] p *aus* f *korrigiert*

[1] *Iohannes de Camezano.*
[2] *Valencia oder Valence (Drôme) oder Valentia.*
[3] *Ascoli Piceno.*

f. 45r[a]

79.[b]

Omnibus presentes litteras inspecturis Iohannes de Camezano,[1] domini pape capellanus et ipsius litterarum contradictarum auditor salutem in domino. Noveritis, quod in nostra presentia constitutus Rannulfus de Vernay, rector ecclesie de Teuilla Constantien.[2] diocesis, confessus fuit et recognovit se recepisse et habuisse a Francisco Guidi[3] et aliis sociis suis, civibus et mercatoribus Senen.,[4] .. libras bonorum Turonen., de quibus se bene quietum et pacatum vocavit exceptioni[c] non nurante[d] ac non solute sibi pecunie omnino renuntiando. Quas X libras Turonen. prefatus Ranulfus deposuerat Parisius penes Iacobum Gregorii,[5] concivem et socium predictorum Francisci et sociorum, ab eisdem Francisco et sociis apud sedem apostolicam rehabendis. Et promisit idem rector bona fide, quod litteras, que sigillate sunt sigillis .. officialis Parisien.[6] ac predicti Iacobi super huiusmodi deposito taliter facto, apud eundem Iacobum eidem Iacobo sine mora et difficultate quibuslibet, quam cito poterit, restituere procurabit, volens et concedens eidem Ranulfus, ut ex tunc eedem littere sint casse et irrite ac nullius roboris firmitatis existant. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostri sigilli una cum sigillo dicti Rannulfi munimine roborari. Dat. Lateran. V idus februarii, pontificatus domini A. etc.[7]

a) *f. 44v leer* b) *Überschrift fehlt* c) exce *Tintenfleck*
d) *wohl statt* iniuriante

1 *Iohannes de Camezano.*
2 *Konstanz.*
3 *Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Tables, 108. Les registres de Clément IV, Bd. 4 Tables, 108.*
4 *Siena.*
5 *Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Tables, 120. Les registres de Clément IV, Nr. 738 (POTTHAST 19227), 739 (POTTHAST 19171), 794.*
6 *Paris (Seine).*
7 *Alexander IV. hielt sich in den Jahren 1256, 1257 und 1261 am 9. Februar im Lateran auf.*

f. 45v

80.[a]

Magister Iohannes, magister scolarum Anthiocenus, domini pape capellanus,[1] discreto viro domino Nicolao, canonico .. ecclesie salutem in domino. Cum in

causa, que vertitur vel verti speratur inter capitulum Esculan.[2] ex una parte et .. .. ex altera nos dominus papa dederit partibus auditorem, discretioni tue ex parte ipsius domini pape auctoritate, qua fungimur, firmiter precipiendo mandamus, quatinus eundem Gentilem ex parte nostra peremptorie citare[b] procures, ut VIII. die post citationem tuam per se vel procuratorem idoneum compareat coram nobis facturus et recepturus super premissis, quod ordo dictaverit rationis, alioquin procedetur in causa ipsa, quantum de iure fuerit procedendum. Diem vero citationis et formam et quicquid super hiis faciendum duxeris, nobis per tuas litteras vel publicum instrumentum fideliter intimare procures. Dat. etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] peremptorie citare *auf Rasur,* citare *doppelt*

[1] *Johannes, magister scolarum Antiochenus unter Urban IV. als päpstlicher Kaplan belegt. Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Bd. 4, 30.*
[2] *Ascoli Piceno.*

f. 46r[a]

81.[b]

Urbanus episcopus etc.[1] Dilecto filio Ludovico, dicto[c] de[d] Roure, canonico Claromonten.[2] salutem etc. Lecta coram nobis dilecti filii Stephani de Mesiulao Simonis, canonici Anicien.[3] petitio continebat, quod vos causam, inter ipsum ex una parte[e] et Hugonem de Brixiaco canonico Anicien.[4] ex altera[f] super quadam prebenda, que per promotionem Mauritii prepositi, tunc canonici Anicien.,[5] in illius prepositum vacavit et quam uterque vestrum[g] ipsorum[h] sibi debitam et litterarum sedis apostolice auctoritate collatam esse dicebat, vertebatur, ad examen apostolicum legitime devolutum dilecto filio nostro G. tituli sancti Marci presbitero cardinali[6] duxeramus ad instantiam partium committendam et ipse partes viam pacis et concordie eligentes se ipsius cardinalis ordinationi arbitrio et dispositioni ac diffinitioni concorditer submiserunt concessa ei a nobis ordinandi, arbitrandi, disponendi et providendi ei, qui in huiusmodi questione succumberet, de prebenda alia, prout expedire videret, plenaria potestate. Idem[i] vero cardinalis cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato prebendam ipsam Hugoni adiudicans supradicto eidem Stephano, qui ante omnes expectantes vacaturas prebendas in ecclesia prefata

litteras apostolicas presentavit et illarum erat auctoritate receptus, prebendam, siqua tunc vacabat ibidem, contulit, alioquin proximo inibi vacaturam conferendam sibi donationi apostolice reservavit, decernens in irritum et inane, si secus de illa contigerit[j] attemptari, ordinavit etiam, quod idem Stephanus medietatem cotidianarum distributionum, que ratione debentur ipsius prebende adiudicate, predicto Hugoni, si in ecclesia ipsa idem Stephanus resederit et ipse Hugo absens fuerit, tamdiu habeat et percipiat, donec ibidem fuerit assecutus, non obstante, quod prefatus Stephanus de dicta prebenda fuerat investitus vel quod alique ibidem prebende vacaverant, quarum una eidem Stephano forsitan debebatur, vel si aliqui post ipsum erant ibidem recepti, quibus idem cardinalis memoratum S. de speciali mandato nostro preferendum esse in prebende assecutione decrevit, nisi haberent ex beneficio litterarum sedis apostolice, quod deberent aliis anteferri, prout in litteris confectis exinde et sigillo dicti cardinalis sigillatis plenius continentur. Nos itaque eiusdem Stephani supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica duximus confirmandum.
f. 46v Quocirca discretioni tue per apostolica scripta |[k] quatinus eundem S. in possessionem prebende, si qua vacabat tempore collationis sibi facte ab ipso cardinali per te vel alium inducas et defendas inductum. Si vero tunc nulla ibidem prebenda vacabat, provideas ei de alia iuxta reservationis tenorem predicti cardinalis, quam primum ad id obtulerit se facultas faciens sibi de cotidianis distributionibus iuxta tenorem eundem integre responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. apud Urbemueterem VIII. kal. augusti, pontificatus nostri anno secundo.[7]

a) *Rest von f. 45v leer* b) *Überschrift fehlt* c) c *korrigiert*
d) *interlinear darüber geschrieben* e) ex una parte *in Texttinte unterstrichen*
f) ex altera *in Texttinte unterstrichen* g) *interlinear darüber geschrieben*
h) *in Texttinte unterstrichen* i) *auf Rasur* j) *zweites* i *aus* e *korrigiert*
k) mandamus *zu ergänzen* l) *Rest von f. 46v leer*

1 *Urban IV. Vgl. dazu eine weitere Urkunde (1263 Juli 25): Les registres d'Urbain IV., Nr. 1053.*
2 *Ludovicus, dictus de Roure, Kanoniker von Clermont (Clermont-Ferrand). Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1054.*
3 *Stephanus de Masnilio (Monsnilio, Mesnilio) Symonis, Kanoniker von Le Puy. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 475, 1053, 1054. Le Puy (Haute-Loire).*
4 *Hugo de Brixiaco, Kanoniker von Le Puy. Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1053, 1054.*

[5] *Mauricius, Kanoniker, Propst von Le Puy. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1054.*
[6] *Guillelmus de Braio, Kardinalpriester von S. Marcus (1263-1275). Vgl. MAULBACH 100. EUBEL 1,8; PARAVICINI BAGLIANI 34-37.*
[7] *1263 Juli 25, Orvieto.*

f. 48v[a]

82.[b]

Amanevus miseratione divina[c] Auxitan.[1] electus dilecto in Christo sibi Guillelmo Vigerii[2] clerico Auxitane diocesis salutem in domino. Ascriptis militie clericali dignum est de Christi patrimonio provideri, ut ipsi ex hoc clericatus officium avidius amplectentes libentius, que deo placeant, exequantur. Hinc est, quod nos volentes tibi, qui nullum ecclesiasticum beneficium obtines, obtentu dilecti nobis in Christo Guillelmi Amanevi de .. archipresbiteri, avunculi tui,[3] gratiam facere specialem vacantem ecclesiam sancti Iohannis de .. Auxitan.[4] diocesis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis spectantem ad collationem nostram tibi conferimus tibique providemus de illa dictum archipresbiterum investientes tuo nomine per nostrum pilleum de eadem, salvo tamen[d] in omnibus iure nostro ac subditorum nostrorum et Auxitane ecclesie dignitate. In cuius rei testimonium etc. Dat. etc.

a) *f. 47r, f. 47v, f. 48r leer* b) *Überschrift fehlt* c) *darüber überflüssiger Kürzungsstrich* d) *interlinear darüber geschrieben*

[1] *Auch (Gers). Es handelt sich wohl um Amanien. II. d'Armagnac (Amanevus); Wahl ca. 1262 - 1318. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 170, C121; GAMS 498; EUBEL 1,121.*
[2] *Nicht identifiziert.*
[3] *Nicht identifiziert.*
[4] *Nicht identifiziert.*

83.[a]

Amanenus[b] miseratione divina Auxitan. electus.[1] Discretis viris archipresbitero de .. et Willelmo de .. Auxitan. diocesis salutem etc. Cum nos contulerimus ecclesiam sancti Iohannis de Mehlan Auxitan. diocesis[2] liberam et vacantem et spectantem ad collationem nostram dilecto nostro Willelmo Vigerii clerico,[3] vobis mandamus, quatinus alter vestrum alterum non expectans predictum Guillelmum vel alium nomine suo in corporalem possessionem dicte ecclesie auctoritate nostra inducatis ac inductum defendatis eundem, contradictores, si

qui fuerint, et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Dat. Viterbii[4] etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *wohl statt Amanevus*

[1] *Auch (Gers). Vgl. Nr. 82 Anm. 1.*
[2] *Nicht identifiziert.*
[3] *Nicht identifiziert.*
[4] *Viterbo.*

84.[a]

.. dei gratia Camerinen.[1] episcopus. Discreto viro .. salutem in domino. Virtutem meritis, quibus apud nos multipliciter commendaris, inducimur et hortamur, ut te speciali prosequamur gratia et favore. Hinc est, quod canonicatum, locum et beneficium plebis de .. nostre diocesis, in qua beneficiorum collatio ad nos pertinet pleno iure, tibi cum totius iuris plenitudine conferimus teque de ipsis per nostrum anulum investimus, volentes, ut canonicus predicte plebis de cetero habearis et locum ac beneficium obtineas in eadem.

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *Camerino (Prov. Macerata). Es handelt sich wohl um Guido, Bischof von Camerino 1250-1259, 1243 als Rektor im Patrimonium S. Petri und Herzogtum Spoleto nachgewiesen. Vgl. GAMS 679; EUBEL 1,161.*

85.[a]

Guido etc.[1] Provido viro etc. salutem etc. Attendentes virtutum merita discreti viri I. canonici etc., quibus apud nos multipliciter commendatur, sibi canonicatum, locum et beneficium .. plebis nostre diocesis cum totius iuris plenitudine[b] contulimus ipsumque per nostrum anulum investivimus de eisdem. Quocirca discretioni vestre precipiendo mandamus, quatinus plebanum et canonicum dicte plebis moneatis et efficaciter inducatis, ut predictum I. in eorum recipiant canonicum atque fratrem et sibi stallo in choro et loco in
f. 49r capitulo assignatis eidem I. de proventibus | ipsius[c] plebis sicut uni ex aliis ministrare procurent predictos plebanum et canonicum auctoritate nostra ad id

per censuram ecclesiasticam compellendo, super quibus plenariam vobis concedimus facultatem.

[a)] *Nachtrag von derselben Hand, da rechts über den Rand hinausgehend und auf f. 49 r unten fortgesetzt; Überschrift und § fehlen* [b)] -e- *korrigiert* [c)] *ab hier Forts. auf f. 49 r unten (Nachtrag)*

[1] *Es handelt sich wohl um Guido, Bischof von Camerino (Prov. Macerata). Vgl. Nr. 84 Anm. 1.*

## 86. Forma super defectu natalium.

.. Episcopo Esculan.[1] Ex parte .. de .. clerici tue diocesis fuit nobis humiliter supplicatum, ut super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, dispensare cum eo misericorditer curaremus. De tua itaque circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes fraternitati tue per apostolica scripta[a] mandamus, quatinus consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa idoneitatem persone fuerint attendende, si paterne non est incontinentie imitator sed bone conversationis et vite, aliasque sibi merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam, quod huiusmodi non obstante defectu ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium,[b] etiam si curam habeat animarum, obtinere valeat, secum auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire, ita tamen, quod dictus R., si eum post dispensationem huiusmodi beneficium curam animarum[c] habens obtinere contigerit, ad ordines, quos ipsius beneficii cura requirit, se faciat statutis temporibus promoveri et in eo residentiam faciat personalem, alioquin huiusmodi gratia quoad beneficium cum cura nullius penitus sit momenti.

[a)] *folgt Rasur* [b)] *interlinear darüber geschrieben* [c)] a- *korrigiert*

[1] *Ascoli Piceno.*

## 87. Super eodem.

Eidem. Accedens ad presentiam nostram R. de .. presbiter tue diocesis nobis humiliter supplicavit, ut super defectu[a] natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, quod in[a] susceptis ordinibus ministrare et ecclesiasticum

beneficium obtinere valeat, dispensare misericorditer curaremus. Ad te igitur remittentes eundem mandamus, quatinus consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa idoneitatem persone fuerint attendende, si inveneris, quod[b] sit paterne incontinentie imitator sed bone conversationis et vite aliasque sibi merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam super premissis auctoritate nostra statuas circa ipsum, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire, ita tamen, quod ad beneficium etc.[1]

[a-a)] *auf Rasur* [b)] non *zu ergänzen*

[1] *Nach Nr. 86 zu ergänzen. Vgl. dazu* HERDE, *Audientia 2,562f. Q 22,1 u. 579f. Q 22,18.*

## 88. Super eodem.

Dilecto filio .. etc. Illegitime genitos, quas[a] vite decorat honestas, nature vitium minime decolorat, quia decus virtutis geniture maculam abstergit in filios[b] et pudicitia morum pudor originis aboletur. Cum itaque pater tuus subdiaconus, sicut in nostra proposuisti presentia, te genuerit ex soluta, nos attendentes, quod defectum natalium suppleas merito probitatis redimens favore virtutum, quod ortus odiosus ademit, devotionis tue supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut huiusmodi non obstante defectu[c] ad sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curant[d] habeat animarum, ac episcopatus et aliarum dignitatum honorem recipere valeas, si ad illud te contigerit annotari. Nulli ergo etc.[1]

[a)] *statt* quos [b)] *statt* filiis [c)] *darüber überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen* [d)] *statt* curam

[1] *Wie die Klausel „Nulli ergo ...“ und die zu ergänzende Klausel „Si quis autem ...“ belegen, handelt es sich hier um littere de gratia in der Form der littere cum serico. Vgl. dazu* HERDE, *Beiträge 59ff.;* DERS. *Audientia 2,576 Q 22,13a u. 582ff. Q 22,20a-e.*

f. 49v

## 89.[a]

.. Abbati monasterii de .. Regularis ordinis professoribus nonnumquam aliqua religionis favore specialiter conceduntur, que solent aliis interdici. Cum igitur

nobis ex parte tua fuerit humiliter supplicatum, ut cum dilecto filio T. presbitero, tui monasterii monacho, super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, quod eo non obstante in susceptis ministrare ordinibus et ad regulares administrationes ipsius ordinis assumi valeat, misericorditer curaremus, de tua igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate committimus, quatinus cum ipso, si laudabiliter est in eodem monasterio conversatus et alas[b] ad huiusmodi dispensationis gratiam sibi merita suffragantur, super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire.

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* alias, l *aus* d *korrigiert*

90.[a]

Dilecto filio .. Volentes a te adimi notam originis, quam culpa tuorum intulit genitorum, tibi, cui nobilis viri .. devota supplicatio suffragatur, ad huiusmodi vel apostolice sedis gratiam obtinendam, ut non obstante, quod .. pater tuus solutus de soluta suscepit, ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiasticum,[b] etiam si curam habeat animarum, obtinere valeas, de benignitate sedis apostolice auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc.

a) *Überschrift fehlt* b) beneficium *zu ergänzen*

91.[a]

Eidem. P. pater tuus nobilis humiliter supplicavit, ut, cum ipse[b] solutus te genuerit de soluta nec aliam prolem habeat, de consueta sedis apostolice clementia deberemus super tuis natalibus dispensare. Nos igitur eiusdem supplicationibus inclinati, tecum super hoc, ut succedere tamquam legitimus in bonis paternis valeas, auctoritate presentium dispensamus, ita tamen, quod, si predictus pater tuus prolem habuerit de uxore, non adequeris eidem, sed congruam de bonis ipsius possis ab ipso recipere portionem.

a) *Überschrift fehlt* b) *folgt* te *expungiert*

92.[a]

Constitutus in presentia nostra ..[b] nobis humiliter supplicavit,[c] ut, cum nonnulli clerici tue civitatis et diocesis defectum in natalibus patiantur, quorum aliqui ad maiores, quidam autem ad minores ordines et ecclesiasticum beneficium sine dispensatione sedis apostolice sunt promoti, dispensandi cum eis, qui paterne imitatores incontinentie non existunt sed litterature sufficientis,[d] qui non sunt de incestu seu adulterio vel in sacerdotio procreati, tibi licentiam concedere dignaremur. Tuis igitur precibus inclinati auctoritate tibi presentium concedimus postulata.

[a] *Überschrift fehlt* [b] *Reverenzpunkte auf Rasur* [c] vit *korrigiert*
[d] *statt* sufficientes

93.[a]

Constitutus in presentia nostra nobis humiliter supplicasti, ut cum clericus tue[b] civitatis et diocesis dispensandi super defectum natalium tibi licentiam de benignitate solita largiremur. Nos igitur fraternitati tue,[c] de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, presentium tibi auctoritate concedimus, quatinus f. 50r cum eisdem, dummodo | aliquis ipsorum de incestu aut adulterio vel de regulari genitus non existat nec ipsi paternam sint incontinentiam imitantes sed bone conversationis et vite aliasque sibi merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam, quod non obstante predicto defectu ministrare in predictis ordinibus et ad superiores promoveri valeant, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum ipsorum saluti videris expedire.

[a] *Überschrift fehlt* [b] e *aus* a *korrigiert* [c] *folgt Rasur, von* presentium m(andamus)

94.[a]

Episcopo Autisiodoren.[b] [1] Accedens ad presentiam nostram M. diaconus, rector ecclesie sancte Marie de .. tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut super defectu natalium, quem patitur de presbitero gentius et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu in susceptis ordinibus ministrare ac ad sacerdotium promoveri et eandem ecclesiam, cui cura est animarum annexa,[c] licite retinere

possit, cum eo dispensare misericorditer curaremus. Ad te igitur remittentes eundem mandamus, quatinus ab eodem M. libera ipsius ecclesie resignatione recepta et satisfacto eidem ecclesie de fructibus medio tempore perceptis ex ea dictoque M. quod[d] eo, quod eandem ecclesiam taliter retinuit, imposita penitentia salutari tandem consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa idoneitatem persone fuerint attende,[e] si non est paterne incontinentie immitator[f] sed bone conversationis et vite, aliasque tibi[g] merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam ei huiusmodi non obstante defectu predictam ecclesiam de novo conferas et quod possit in susceptis minstrare[h] ordinibus ac ad sacerdotium promoveri et eandem ecclesiam de cetero licite retinere secum, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire, ita tamen, quod idem M. post dispensationem huiusmodi se ad sacerdotium statuto tempore promoveri et in eadem ecclesia residentiam faciat personalem, alioquin huiusmodi gratiam nullius penitus sit momenti.[i]

a) *Überschrift fehlt* b) *zweites* i *korrigiert* c) annexa *mit überzähligem Kürzungsstrich* d) *statt* pro e) *statt* attendende f) *statt* imitator g) *statt* sibi h) *statt* ministrare i) *Rest von f. 50r leer*

1 *Auxerre (Yonne).*

f. 51r[a]

## 95. Forma super ordinatis ab alieno episcopo.

Constitutus in presentia nostra dilectus filius .. de .. presbiter tue diocesis nobis humiliter supplicavit, ut, cum ipse sine licentia sui diocesani a venerabilibus fratribus nostris .. Ferentinati[1] ad subdiaconatus et .. Troiano[2] episcopis apud Babucum[3] Verulan.[4] diocesis ad diaconatus et presbiteratus ordines, rite tamen alias, absque symonie vitio statutis temporibus sit promotus, dispensare super hoc cum eo misericorditer curaremus. Ad te igitur remittentes eundem fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus imposita sibi penitentia salutari eoque ad tempus iuxta tue discretionis arbitrium limitandam ab eorundem ordinum executione suspenso tandem, si ei vite meritum et fame testimonium suffragantur aliudque canonicum non obsistat, cum ipso super

premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expendire.[b] Dat. etc.

[a]) *f. 50v leer* [b]) *statt* expedire

[1] *Ferentino (Prov. Frosinone).*
[2] *Troia (Prov. Foggia).*
[3] *Früher Bauco, heute Boville Ernica (bei Frosinone sö. von Rom, Prov. Frosinone); vgl.* HERDE, *Beiträge 39.*
[4] *Veroli (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*

## 96. Forma secundum apostolum sumpta de bullata, require hoc sigerum in quarto folio.[a]

.. Episcopo Lausanen.[1] Cum dilectus filius Iohannes de .. presbiter,[2] lator presentium, a te fuerit, sicut asserit, in presbiterum ordinatus nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus,[b] nos felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri,[3] qui ordinatis sine certo titulo per ordinatores vel presentatores seu successores eorum providere[c] voluit,[4] vestigiis inherentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dilectus filius .. prior de Beuaz tue diocesis,[5] cui examinationem ipsius duximus committendam, te citato legitime, vel per te ipsum vel idoneum responsalem intersis et tam super idoneitate persone quam etiam super qualitate et quantitate beneficii proponere tibi liceat, quicquid rationabiliter duxeris proponendum, eum idoneum esse repererit et ecclesiastico beneficio non indignum, tamdiu ei vite necessaria congrue subministres, donec per te fuerit competens ecclesiasticum beneficium assecutus. Quod si eum ad presentationem alicuius vel aliquorum virorum ecclesiasticorum, qui ei providere possint, in competenti ecclesiastico beneficio promovisti, per representantem vel successorem ipsius, si ille forte decesserit, iuxta prescriptam formam ei facias provideri, sciturus pro certo, quod, si per examinationem eius fuerit repertus idoneus[d] et tu ei iuxta mandatum apostolicum neglexeris providere, cum hoc nobis per ipsius litteras innotuerit,[e] te ad id exequendum[f] compelli, sicut expedit, faciemus. Dat. etc.

[a]) *folgt* X …. [b]) *folgt am Rand getilgtes* nos [c]) *statt* provideri
[d]) *darüber überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen* [e]) erit *korrigiert*
[f]) x *korrigiert, interlinear darüber* er-*Kürzung*

[1] *Lausanne (Kanton Waadt).*
[2] *Nicht identifiziert.*
[3] *Innocenz III.*
[4] *X 3.5.16 (1198 April 3) (POTTHAST 71 = Reg. 1, 76; ed. HAGENEDER-HAIDACHER, Die Register Innocenz' III. 1,113ff. Nr. 76). Zur Überlieferung vgl. R. V. HECKEL, Die Verordnung Innocenz' III. über die absolute Ordination und die Forma „Cum secundum apostolum", in: HJb 55 (1935), 277ff.; DERS., Zur Geschichte der Forma „Cum secundum apostolum", in: HJb 57 (1937), 86ff.; HERDE, Audientia 2,633f. Anm. 7 mit weiterer Literatur.*
[5] *Bevaix (Kanton Neuenburg).*

f. 51v

## 97. Contra episcopum, qui sine titulo beneficii ordinavit, ut ordinato de beneficio vel vite necessariis provideat.[a]

Iud. Cum dilectus filius Iohannes de Fontanis[1] presbiter, lator presentium, a venerabili fratre nostro .. Lausanen.[2] episcopo fuerit, sicut asserit, in presbiterum ordinatus nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, nos felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri,[3] qui ordinatis sine certo titulo per ordinatores vel presentatores seu successores eorum provideri voluit,[4] vestigiis inherentes eidem episcopo nostris damus litteris in mandatis, ut, si tu, cui examinationem ipsius duximus committendam, eum idoneum esse repereris et ecclesiastico beneficio non indignum, tamdiu ei vite necessaria congrue subminstret,[b] donec per eum fuerit competens ecclesiasticum beneficium assecutus. Quod si eum ad presentationem alicuius vel aliquorum virorum ecclesiasticorum, qui ei providere possint, in competenti ecclesiastico beneficio episcopus ipse promovit, per representatorem vel successorem ipsius, si ille forte decesserit, iuxta prescriptam formam ei faciat provideri. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eodem episcopo citato legitime, ut per se ipsum vel idoneum responsalem intersit et tam super idoneitate persone quam etiam super qualitate et quantitate beneficii proponere sibi liceat quicquid rationabiliter duxerit proponendum, inquiras, que circa personam et idoneitatem ipsius fuerint inquirenda, et, si eum ad obtinendum ecclesiasticum beneficium reppereris non indignum, dictum episcopum ad providendum ei iuxta formam mandati apostolici moneas diligentius et inducas. Quod si monitis tuis acquiescere forte noluerit, quod super hiis inveneris, tuis nobis litteris intimare procures, ut eum ad provisionem ipsius, si dignus fuerit, compelli, sicut expedit, faciamus. Dat. etc.[c]

[a] *Überschrift von Hand saec. XV nachgetragen* [b] *statt* subministres
[c] *Rest von f. 51v leer*

[1] *Möglicherweise Fontaines-les-Blanches* (*Diöz. Tours*). *Nicht identifiziert.*
[2] *Lausanne (Kanton Waadt).*
[3] *Innocenz III.*
[4] *Vgl. Nr. 96 Anm. 4.*

f. 52r[a]

### 98. Remissio examinis testium sub bulla ad partes.

Urbanus episcopus etc.[1] Dilectis filiis .. sancti Iuliani et .. sancti Thome ecclesiarum Esculanarum[2] prioribus ac .. plebano de Rayan. Esculan. diocesis[3] salutem etc. In causa, que inter dilectos filios capitulum ecclesie Esculane ex parte una et Petrum Alberti Passarelli,[4] clericum ecclesie sancti Leonardi Esculan.,[5] super receptione ac provisione ipsius P. in eadem ecclesia Esculan. ex altera vertitur, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta dilectum filium magistrum B. Yspanum[6] capellanum nostrum dedimus partibus auditorem. Verum quia lite coram eodem capellano in causa huiusmodi legitime contestata factisque positionibus et responsionibus ad easdem per ea, que fuerunt hinc inde in presentia illius proposita de causa ipsa non potuit plene liquere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus capitulum ipsum per aliquos de se ipsis, qui magis super hoc veritatem agnoscant, in animabus eorum prestare faciatis iuramentum de veritate dicenda et positionibus dicti Petri, quas auditor ipse vobis una cum articulis et interrogatoriis partium sub suo sigillo mittit inclusas, respondere legitime faciatis eos ad id, si opus fuerit, monitione premissa appellatione postposita per censuram ecclesiasticam compellendo ac tandem testes, quos utraque pars coram vobis duxerit super huiusmodi suis articulis producendos, per vos vel per alios neutri patri suspectos ad hoc idoneos infra duorum mensium spatium a receptione presentium prudenter recipere ac iuxta interrogatoria ipsa diligenter examinare curetis. Si vero altera partium seu ambe huiusmodi testes contra se productos voluerint reprobare, vos super huiusmodi reprobatione testes alios, qui fuerint hinc inde producti, sapienter admittere ac iuxta interrogatoria vobis a partibus exhibenda vel, si ea vobis non exhibita fuerint, secundum datam vobis a deo prudentiam infra unum alium mensem predictos duos menses immediate sequentem examinare sollicite studeatis depositiones

omnium predictorum testium fideliter in scriptis redactas una cum positionibus ipsius et responsionibus, que ad eas facte fuerint, ac interrogatoriis et articulis memoratis sub nostris sigillis inclusis ad nostram presentiam quamtotius
f. 52v transmissuri, prefixo eisdem partibus termino peremptoria | quindecim dierum a fine ipsius unius mensis computandorum, quo per procuratores idoneos cum omnibus actis, iuribus et rationibus suis causam huiusmodi contingentibus nostris se conspectui representent iustam dante domino sententiam recepturem. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. apud Urbemveterem II non. augusti, pontificatus nostri anno secundo.[7]

[a)] Registrata *am Kopfende der Seite*

[1] *Urban IV.*
[2] *S. Iulianus, Ascoli Piceno. Nachweise: P. SELLA, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), 585-588, 590. S. Thomas nicht identifiziert.*
[3] *Rayano, Diöz. Ascoli Piceno. Nachweise: P. SELLA, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), 591-600.*
[4] *Nicht identifiziert.*
[5] *S. Leonardo, Ascoli Piceno. Nachweise: P. SELLA, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), Nr. 7753, 7812, 7852 u. ö.*
[6] *Bernardus Ispanus, päpstlicher Kaplan, Archidiakon von Salnès (Prov. De Galice) und von Saldaña (Prov. De Palencia), Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 82, 215, 1049 u. ö.*
[7] *1263 August 4, Orvieto (POTTHAST fehlt).*

## 99.[a]

Iud. Dilectus filius .. electus Meten.[1] in nostra proposuit presentia constitutus, quod quamplures in ecclesia Meten. nullis in ea prebendis vacantibus in fratres et canonicos sunt recepti, quorum aliqui, ut una eademque prebenda conferatur eisdem, diversa mandata dilectis filiis .. decano et capitulo predicte ecclesie a diversis eorum executoribus dirigi faciunt et interdum, quia in diversitate huiusmodi satisfacere nequeunt, interdicti seu suspensionis vel excommunicationis in ipsos sententias promulgari. Quare prefatus electus nobis humiliter supplicavit, ut, cum prefata ecclesia sepe propter hoc remaneat debitis obsequiis destituta, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, faciatis vobis omnes litteras directas super provisione receptorum huiusmodi exhiberi, detentores earum ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo prehabita

diligenti et legitima discussione[b] decernatis, quis eorum primam, quis secundam et quis deinde prebendam de iure ibidem debeat obtinere, ac postmodum, cum vacantes illis, quibus debentur, iuxta decretum vestrum ab eisdem decano et capitulo fuerint assignate et de vacaturis caverint assignandis, prefatas sententias in dictos decanum et capitulum promulgatas auctoritate nostra per vos vel per alium iuxta formam ecclesie relaxare curetis dispensando cum eis super irregularitate, si quam celebrando divina officia seu immiscendo se illis forsitan contraxerunt. Nolumus tamen, quod dilecto filio Stephano decano Tullen., familiari nostro,[2] cui canonicatum ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici, nec non prebendam, que in ipsa ecclesia Meten.[c] per mortem Th. quondam ipsius ecclesie circatoris vacavit,[d] contulimus, auctoritate presentium aliquod preiudicium generetur seu quod presentes littere ad[e] eum aliquatenus se extendant. Dat. etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *überflüssiger Kürzungsstrich über* u
c) M *korrigiert* d) *folgt Rasur* e) d *aus* l *korrigiert*

1 *Metz (Moselle).*
2 *Stephanus Dekan von Toul (Meurthe-et-Moselle). Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 67, 1208, 1265 u. ö.*

f. 53r

## 100. Confirmatio legenda.[a]

Alexander etc.[1] Dilecto[b] filio Iacobo priori sancti Thome Esculan. ordinis sancti Augustini etc.[2] Cum a nobis petitur, quod[c] iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio[d] nobis exhibita continebat, quod ecclesia sancti Thome Esculan. priore vacante canonici eiusdem ecclesie te[e] in ipsius ecclesie priorem, prout ad eos pertinet, canonice ac concorditer elegerunt, cuius electionem presentatam sibi bone memorie T. Esculanus episcopus,[3] prout ad eum spectabat, canonice confirmavit. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo provide factum est, ratum et firmum[f] habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presenti[g] scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Dat. etc.

[a)] Palimpsest [b)] etc. dilecto *von anderer Hand nachgetragen* [c)] *folgt Rasur* [d)] *wohl zu ergänzen* tua [e)] *interlinear darüber geschrieben* [f)] *wohl statt* gratum [g)] *statt* presentis

[1] *Alexander IV.*
[2] *Ascoli Piceno. Nicht identifiziert.*
[3] *In Frage kommt möglicherweise Theodinus (1238-1259). Vgl.* GAMS *667;* EUBEL *1,111.*

## 101.[a] Confirmatio.[b 1]

Dilecto[c] filio .. de .. perpetuo capellano ecclesie sancte Marie Auxitan.[2] salutem etc. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectui[d] prosequente complere. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu perpetuam capellaniam, quam in ecclesia sancte Marie Auxitan. te canonice proponis adeptum, sicut eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

[a)] *ab hier andere Tinte* [b)] *Rubrik* [c)] *darüber* Iud. *Getilgt* [d)] *statt* effectu

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,454 Q 11,2.*
[2] *Auch (Gers). Nicht identifiziert.*

## 102. Confirmatio.

Dilecto filio .. preceptori et fratribus domus militie templi in Aluernia[1] salutem etc. Cum a nobis petitur, quod[a] iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Cum itaque, sicut nobis exponere curavistis, venerabilis frater noster Claromonten.[2] episcopus vobis duxerit concedendum, ut in[b] capella de Carroto[3] sue diocesis domui vestre pleno iure subiecta possitis per aliquem fratrem presbiterum vestri ordinis deservire, nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo provide factum est in hac parte, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

[a)] *folgt* est *expungiert* [b)] *doppelt*

[1] *Auvergne.*
[2] *Clermont-Ferrand (Puy-de-Dôme).*
[3] *Nicht identifiziert.*

f. 53v

103.[a]

Urbanus etc.[1] Dilecto filio Raymundo Mir clerico ecclesie sancti Martini de Saluabone Albien. diocesis[2] salutem etc. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecte in domino fili, vestris[b] iustis postulationibus grato concurrentes assensu perpetuum beneficium, quod in ecclesia sancti Martini de Saluabone te proponis canonice assecutum, sicut illud iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presenti[c] scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Dat. etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* tuis c) *statt* presentis

[1] *Urban IV.*
[2] *Albi.*

104.[a]

Supplicat sanctitati vestre .. prepositus et capitulum hospitalis Montis Iouis[1] ordinis sancti Augustini Sedunen.[2] diocesis, quatinus omnes libertates et immunitates a predecessoribus vestris Romanis pontificibus per[b] privilegia seu indulgentias[b] eidem hospitali concessas nec non libertates et immunitates secularium exactionum a regibus, principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter eis[c] indultas, terras quoque, possessiones, iura, redditus et alia bona, sicut ea omnia iuste possident et quiete, eis et per eos dicto hospitali[d] auctoritate apostolica dignemini confirmare.

a) *Supplik eingeheftet zwischen f. 53 und f. 54. Es handelt sich hier wohl nicht um eine Originalsupplik* b-b) *interlinear darüber geschrieben* c) rationabiliter eis *auf Rasur* d) dicto hospitali *interlinear darüber geschrieben*

[1] *Hospiz der Augustiner-Chorherren am Großen St. Bernhard; vgl. H. M.* S*CHALLER*, *Eine kuriale Briefsammlung des 13. Jahrhunderts mit unbekannten Briefen Friedrichs II.*

*(Trier/Stadtbibliothek Cod. 859/1097), in: DA 18 (1962), 173. Vgl. auch J. E. SAYERS, Original Papal Documents in England and Wales from the Accession of Pope Innocent III to the Death of Pope Benedict XI (1198-1304), Oxford 1999, Nr. 302A, 744A.*
[2] *Sion (Kanton Wallis).*

f. 54r

### 105. Omnes libertates et immunitates.[a 1]

Clemens etc.[2] Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitan. salutem etc. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia sive alias indulgentias hospitali vestro seu vobis concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos ipsi hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presenti[b] scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

[a] *am Rand von Hand saec. XIII/XIV nachgetragen* [b] *statt* presentis

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,445 Q 8,1a.*
[2] *Clemens IV. Erneuerung von Privilegien Alexanders IV. (u. a. vom 1260 Juni 1). Nachweise: Les registres de Clément IV, Nr. 1550, 1593, 1617, 1883.*

### 106. Post iter arreptum. De bullata.

Iud. Dilecti filii Gerardi de Vienna[1] clerici Valentini[2] precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus, quicquid, postquam idem causa visitandi limina apostolorum Petri et Pauli iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, in eius inveneris preiudicium attemptatum, in statum debitum legitime revocare procures, contradictores etc.

[1] *Vienne (Isère). Nicht identifiziert.*
[2] *Wohl Valencia oder Valence (Drôme).*

f. 54v

## 107. Post iter arreptum. Rubricata.

Iud. Cum dilectus filius Iohannes Paysselli clericus chori ecclesie Lugdunen.,[1] rector ecclesie sancti Laurentii de .. Lugdunen.[a] diocesis, sicut ipse nobis exposuit, ad apostolicam sedem accesserit pro procurandis ipsius ecclesie Lugdunen. negotiis ab eiusdem capitulo destinatus, nos ipsius clerici supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, quicquid inveneris in eius preiudicium, postquam ipse propter hoc iter veniendi ad eandem sedem arripuit, temere attemptatum, in statum debitum studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

a) Lugudunen.*, zweites u expungiert*

1 *Lyon (Rhône). Nicht identifiziert.*

## 108.[a] De ordinatis ab alieno episcopo.

.. Episcopo. Constitutus in presentia nostra .. de .. presbiter tue diocesis nobis humiliter supplicavit, ut super eo, quod se fecit ab alienis episcopis non obtenta sui diocesani licentia nullo tamen interveniente symonie vitio alias rite statutis temporibus ad omnes sacros ordines promoveri, secum, quod in eisdem ordinibus ministrare valeat, dispensare misericorditer curaremus. Ad te igitur remittentes eundem fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus imposita sibi super hoc penitentia competenti eoque ad tempus iuxta tue discretionis arbitrium ab[b] ordinum ipsorum executione suspenso postmodum, si ei vite meritum et fame testimonium suffragantur aliudque canonicum non obsistat super premissis auctoritate nostra dispenses cum eo, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire.[b]

a) *nachgetragen, Texthand und Texttinte* b-b) *in Texttinte von Texthand nachgetragen*

### 109. De decimis redemptis de manibus laicorum diocesani licentia non obtempta.[a]

Alexander etc.[1] Dilectis filiis .. abbati et conventui in Argona Cistecien.[b] ordinis .. diocesis etc.[2] Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri.[c] Ex parte vestra siquidem fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum quasdam decimas in parrochiis alienis .. diocesis de manibus redemeritis laicorum diocesani loci licentia non obtempta,[d] quod ipsas hoc non obstante licite retinere possitis, vobis de benignitate apostolica curaremus. Nos itaque devotionis vestre precibus inclinati id vobis auctoritate presentium indulgemus, ita tamen, quod decimas ipsas rectoribus ecclesiarum, in quarum consistant[e] parrochiis, restituere teneamini, cum de pretio pro redemptione dato huiusmodi vobis ab ipsis rectoribus fuerit satisfactum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem etc. Dat. etc.

a) *statt* obtenta b) *statt* Cistercien. c) *folgt* Eapropter *durchstrichen*
d) obtenta e) a *aus* u *korrigiert*

1 *Alexander IV.*
2 *Zisterzienserkloster Montier-en-Argonne, Diöz. Châlons-sur-Marne (Marne). Nachweis: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 2236.*

### 110. Quod possint[a] redimere decimas de manibus laicorum.

Iud. Devotionis vestre precibus inclinati vobis auctoritate presentium
f. 55r indulgemus,[b] ut in par|rochiis alienis liceat vobis decimas redimere de manibus laicorum, dummodo ad id diocesani episcopi et rectorum ecclesiarum, ad quas decime ipse spectant, accedat[c] assensus sufficienti a vobis cautione prestita, quod ecclesiis ipsis retituere[d] teneamini, quandocumque ab eorum rectoribus de pretio, quod pro eis dederitis, vobis fuerit satisfactum. Nulli ergo etc.

a) *statt* possunt b) e *korrigiert* c) a- *aus* d- *korrigiert* d) *statt* restituere

## 111. Contra indulta.

Iud. Sub religionis habitu vacantibus studio pie vite ita debemus esse propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non possint obstaculis impediri.[a] Cum itaque dilectus filius .. abbas et conventus monasterii de .. Cistercien.[b] Tarentasien.[1] diocesis[c] a nonnullis, qui nomen domini recipere in vacuum[2] non formidant, graves super possessionibus et aliis bonis suis, sicut accepimus, patiantur iniurias et iacturas, nos eorum providere quieti et malignorum malitiis obviare volentes discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem abbatem et conventum pro divina et nostra reverentia favoris oportuni presidio prosequens non permittas eos contra indulta privilegiorum apostolice sedis ab aliquo indebite molestari, molestatores huiusmodi etc.,[d] [3] attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt vel que indulta huiusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit etc., ut in proxima inferiori forma.[d] [4]

a) m *aus* n *korrigiert* b) ordinis *zu ergänzen* c) *etwa* sicut ipsi nobis insinuare curarunt *zu ergänzen* d-d) *von Texthand in anderer Tinte auf Rasur nachgetragen, teilweise am Rand, Änderung nach dem Text des folgenden Stücks*

1 *Tarentaise.*
2 *Vgl. Ex. 20, 7: Non assumens nomen dei tui in vanum. Die mittelalterlichen Überlieferung kennt vanum und vacuum, vgl. die kritische Edition von H. QUENTIN, Biblia sacra iuxta Latinam vulgatam versionem ... recensuit, Bd. 2 Exodus, Rom 1929, 180, im Apparat zu „vanum“.*
3 *Nach Nr. 113 zu ergänzen.*
4 *Nach Nr. 112 zu ergänzen.*

## 112.[a]

Iud. Pium esse dinoscitur, ut gloriantibus in malitia[1] per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultui liberius possint in observantia mandatorum domini delectari. Cum itaque dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de .. Cistercien. ordinis Tarentasien.[2] diocesis a nonnullis, qui nomen domini recipere in vacuum[3] non formidant, gravibus, prout asserunt, affligantur iniuriis et iacturis, nos eorum providere quieti et malignorum malitiis obviare volentes discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem abbati et conventui adversus raptorum,[b] predonum

et invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens non permittas eos in[c] personis et rebus predictis[c] [d] a talibus molestari, molestatores huiusmodi etc.,[4] attentius[e] [f] provisurus, ut de hiis, que cause cognitionem exigunt et que ipsius personam et bona non contingunt, te nullatenus intromittas, et si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut eius fines quomodolibet non excedas, presentibus etc.[f] [5]

a) *Überschrift fehlt* b) a *korrigiert* c-c) *auf Rasur, Tinte wie Nachtrag des vorigen Stücks* d) predictis *expungiert* e) *auf Rasur*
f-f) *Nachtrag von Texthand, Tinte wie Nachtrag des vorigen Stücks*

1 *Vgl. Ps. 51, 1: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?*
2 *Tarantaise.*
3 *Vgl. Ex. 20, 7: Non assumens nomen dei tui in vanum. Vgl. Nr. 111 Anm. 2.*
4 *Nach Nr. 113 zu ergänzen.*
5 *Nach* HERDE, *Audientia 2,416f. Q 4,1, 420f. Q 4,3 bzw. 432ff. Q 6,1 u. 1a zu ergänzen: „triennium minime valituris“.*

f. 55v

## 113. Contra predonum.

Iud. Sic insanit in filios patientie protervitas plurimorum, quod iam sibi quasi meritorium reputent gravibus eos dampnis afficere ac molestiis et iniuriis lacescire, propter quod convenit, ut talium temeritas, ne nimium invalescat, digne correctionis verbere castigetur. Cum itaque, sicut dilecti filii capitulum Briuaten.[1] ecclesie Claromonten.[2] diocesis nobis significare curarunt, iidem a nonnullis, qui nomen domini in vacuum recipere[3] non formidant, graves in personis et bonis eorum iniurias et molestias patiantur. Nos volentes et presumptorum huiusmodi refragari conatibus ac eorundem capituli providere quieti,[a] discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem capitulo efficaciter contra predonum, raptorum et invasorum audaciam presidio defensionis assistens non permittas eos in personis et rebus a talibus molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attentius provisurus, ut de hiis, que cause cognitionem exigunt et que personas et bona ipsorum non contingunt, te nullatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum,

quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic sapienter et fideliter exequaris, ut eius fines quomodolibet non excedas; presentibus post etc.[4]

[a)] providere quiete *auf Rasur in anderer Tinte, dahinter Rasur mit Strich in Tinte wie Korrektur selbst*

[1] *Brionde (Haute-Loire).*
[2] *Clermont-Ferrand (Puy-de-Dôme).*
[3] *Vgl. Ex. 20, 7: Non assumens nomen dei tui in vanum. Vgl. Nr. 111 Anm. 2.*
[4] *Nach HERDE, Audientia 2,416f. Q 4,1, 420f. Q 4,3 bzw. 432ff. Q 6,1 u. 1a zu ergänzen: „triennium minime valituris“.*

### 114. Forma super alienatis in maiori forma.[a]

Iud. Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod tam dilectus filius Iohannes rector ecclesie de .. Morinen.[1] diocesis quam predecessor eius ipsius ecclesie rectores decimas, terras, possessiones, domos, redditus, prata, nemora, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ipsius ecclesie, datis super hoc litteris, iuramentis prestitis, factis renuntiationibus et penis adiectis in enormem ipsius ecclesie lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis litteras confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest lesis ecclesiis subvenire, mandamus, quatinus ea, que de bonis eiusdem ecclesie per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, iuramentis, penis, renuntiationibus et confirmationibus supradictis, ad ius et proprietatem ipsius ecclesie studeas legitime revocare, contradictores etc.[2] Testes etc.[b]

[a)] *Rubrik; gesamter Eintrag in dunklerer Tinte von Texthand auf Rasur (vgl. Nr. 111)*
[b)] Testes etc. *am Rand, Nachtrag von derselben Hand und Tinte*

[1] *Thérouanne (Pas-de-Calais).*
[2] *Nach HERDE, Audientia 2,586f. Q 23,1 zu ergänzen: „… per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo“.*

f. 56r

## 115. Forma pauperum pro scolare, qui ascribi desiderat militie clericali.

.. Episcopo Reatin.[1] Ex parte dilecti filii Angeli, pauperis scolaris nati Sinibaldi Petri Acti civis Reatin.,[2] fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipse nullum adhuc[a] ecclesiasticum beneficium sit adeptus, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Pia igitur eum benivolentia prosequentes fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus, si est ita, eidem scolari, cum clericali fuerit caractere insignitus, secundum sue probitatis merita de aliquo ecclesiastico beneficio competenti cum cura vel sine cura nulli alii de iure debito ad tuam collationem spectante, si in tua civitate vel diocesi vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, dummodo sit idoneus et velit in illo personaliter residere, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, faciens ipsum[b] in ecclesia, in qua sibi provideris, si collegiata fuerit, in canonicum vel clericum recipi et in[c] fratrem, non obstante, si ecclesia ipsa statutum habeat de certo canonicorum vel clericorum numero, iuramento, confirmatione sedis apostolice aut quacumque firmitate alia roboratum seu si direxerimus tibi scripta nostra pro aliis, quibus auctoritate presentium nolumus preiudicium generari, sive si aliquibus ab eadem sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicuius compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem, vel quavis[d] alia indulgentia sedis eiusdem, per quam huiusmodi provisionis effectus impediri valeat seu etiam retardari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, ita tamen, quod idem A., si ei de beneficio curam animarum habente provideris, ad ordines, quos ipsa cura requiret, statutis temporibus se faciat promoveri. Preces et mandatum nostrum in hac parte taliter impleturus, quod amplecti negotium pauperis videaris. Nolumus autem etc.[e]

a) adhunc*, überflüssiger Kürzungsstrich über* u *durchstrichen* b) *folgt Rasur; durch Strich in Texttinte ausgefüllt* c) et in *auf Rasur, dunklere Tinte*
d) *statt* quamvis e) Nolumus autem etc. *von anderer Hand nachgetragen*

1 *Rieti.*
2 *Nicht identifiziert.*

### 116. Forma in virtute obedientie super eadem.

.. Episcopo Carcasonen.[1] Dudum tibi pro dilecto filio Ottone de Tribus Bonis,[2] paupere clerico tue diocesis per nostras litteras sub ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis eorum[a] diocesano scribimus,[b] preces direxisse dicimur et mandatum, ut eidem clerico de competenti ecclesiastico beneficio ad tuam collationem spectante, si esset idoneus, provideres. Sed tu preces et mandatum huiusmodi obaudiens et ad pauperes debitam compassionem non habens providere sibi hactenus, quamquam potueris, ut
f. 56v asserit, non cura|sti, propter quod ipse recurrere ad benignitatem apostolicam est coactus. Cum itaque pium sit talibus de Christi patrimonio providere, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandantes, quatinus, si est ita, eidem clerico pro apostolice sedis et nostra reverentia saltem nunc provideas iuxta priorum continentiam litterarum.

[a)] beneficiandis eorum *auf Rasur, hellere Tinte aber wohl dieselbe Hand*
[b)] m *aus* l *in Texttinte korrigiert*

[1] *Carcassonne (Aude).*
[2] *Tribus Bonis. Nachweis: Les registres d'Urbain IV, 220.*

### 117. Executoria super forma pauperum.

Iud. Exposuit coram nobis dilectus filius Petrus de Divione,[1] pauper diaconus Lingonen.[2] diocesis, quod, licet nos dudum venerabili fratri nostro episcopo Lingonen. super provisione ipsius diaconi in forma, qua pro pauperibus clericis beneficiandis diocesanis eorum scribere consuevimus, per nostras litteras primo preces porrexerimus et mandata et postmodum eodem episcopo non curante ipsi diacono providere per iterata scripta, quod procederet ad provisionem huiusmodi, dederimus in virtute obedientie in preceptis, episcopus tamen ipse, quod in hac parte mandavimus, efficere non curavit, propter quod idem diaconus coactus est tertio apostolice provisionis super hoc clementiam implorare. Quocirca mandamus, quatinus, si est ita et prefatus episcopus a te monitus diligenter eidem diacono providere neglexerit pro sue libito voluntatis, quam primum huerit[a] facultatem, tu eidem diacono de aliquo beneficio, si quod ad collationem ipsius episcopi pertinet, per te vel alium providere procures

iuxta dictarum litterarum tenorem eidem episcopo directarum, contradictores etc.

[a)] *statt* habuerit

[1] *Dijon (Côte d'Or).*
[2] *Langres (Haute-Marne).*

### 118. Alia assumpta de bullata.[1]

Venerabili fratri .. archiepiscopo Rigen.[2] etc. Dudum tibi pro dilecto filio .. paupere clerico tue diocesis per litteras nostras sub ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis diocesanis eorum scribimus, preces direxisse dicimur et mandatum, ut ei de competenti ecclesiastico beneficio provideres. Sed tu preces huiusmodi et mandatum obaudiens et ad pauperes debitam compassionem non habens providere sibi, ut asserit, quamquam potueris, non curasti, propter quod idem clericus apostolicam gratiam imploravit. Cum igitur pium sit talibus de Christi patrimonio providere, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per iterata tibi scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandantes, quatinus, si est ita, eidem clerico saltem nunc provideas iuxta priorum continentiam litterarum. Dat. etc.

[1] *Diese Überschrift beweist, dass die ursprüngliche Fassung der Formelsammlung in der päpstlichen Kanzlei entstanden ist.*
[2] *Riga. Von Innocenz IV. zum Erzbistum erhoben.*

f. 57r

### 119. Executoria litterarum in forma secundum apostolum.[1]

Constitutus[a] in presentia nostra dilectus filius I. lator presentium sua nobis petitione monstravit, quod, cum dudum tibi super provisione ipsius,[b] qui a bone memorie .. predecessore[c] tuo, sicut asserit, in subdiaconum ordinatus[d] nullum est ecclesiasticum beneficium assecutus, in communi forma, secundum quam pro ordinatis sine certo titulo eorum ordinatoribus vel ipsorum successoribus sedes apostolica scribere consuerat,[e] dreximus scripta nostra, .. priori[f] sancti Viti Lucan.[2] eiusque collegis sibi super hoc monitoribus deputatis, tu mandatum nostrum et ipsorum monitiones obaudiens adimplere id hactenus

non curasti, quamquam dicti monitores ipsum examinantes iuxta formam sibi traditam diligenter eum idoneum esse repperint[g] ad ecclesiasticum beneficium[h] obtinendum, prout eorum exhibite nobis littere continebant. Nolentes igitur, ut idem subdiaconus occasione huiusmodi laboribus vacuis ulterius implicetur et ne pro necessariorum defectu cogatur[i] ad illicita extendere manus suas, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem saltem nunc provideas iuxta priorum continentiam litterarum, alioquin .. nostris damus litteris in mandatis, ut te ad id monitione premissa sublato appellationis obstaculo auctoritate nostra compellant.

[a] *am Seitenanfang einige Zeilen leer* [b] *auf Rasur, Texttinte*
[c] *ungewöhnliche Kürzung* [d] et *zu ergänzen* [e] *statt* consuevit
[f] -i *aus* -e *in Texttinte korrigiert* [g] ppe *auf Rasur, Texttinte*
[h] *Rasur hinter* m [i] *dasselbe Wort davor expungiert*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,640f. Q 26,8.*
[2] *S. Viti, Lucca. Nachweis: P. GUIDI, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Tuscia, Bd. 1, Città del Vaticano 1932 (Studi e Testi 58), Nr. 4583.*

## 119.1[a]

In Christo sibi karissimis. Prioribus, subprioribus ac eorum vices gerentibus ordinis Predicatorum, ad quos presentes pervenerint, frater H. prior et servus fratrum eiusdem ordinis per Teuthoniam salutem in domino sempiterno. Noverit vestra dilectio memoria venerabilis patris domini Iohannis Tusculani episcopi, apostolice sedis per regnum Alemanie legati,[1] recepisse litteras sub hac forma: Iohannes miseratione divina Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, viro religioso dilecto nobis in Christo fratri .. priori provinciali fratrum Predicatorum in Teuthonia salutem in domino. Animarum lucrum tibi fore gratissimum arbitrantes devotioni tue fidualiter facienda suggerimus, que ad illarum salutem accedere firmiter credimus et speramus. Sane ad nos[b] pervenit clamor, laborat fama publica et est gravi notorium, quod nulla potest tergiversatione[c] celari qualiter queda loca monialium, quedave monasteria sororum ponitentum sancte Marie Magd.[d] in partibus Theuthonie sita illius procanartum[e] malitia, qui de celis ad inferos est eiectus, in tanta discordia et dissensione sunt posita, quod exessibus data licentia, que dedicare ad sui

obsequium creatoris excedunt et deviant non modicum se in oppositum conversantes[f] commituntur in illis enormia scandala et scismata suscitantur

f. 57v | nullo ductore aut correctore brevio et laxatis habenis[g] observantie regularis. Quocirca devotionem tuam rogamus et hortamur in domino mandantes, quatinus constitutionem seu consuetudinem tui ordinis contraria non obstante monasteriorum et locorum ipsorum vigilem curam gerens personaliter vel per aliquos fratres tui ordinis, qui verbo vice delectentur et valeant esurientes animas refovere monasteria et loca eadem et moniales ac sorores ipsorum visites et corrigas, destruas et evellas edifices atque plantes in illis quecumque secundum deum animarum ipsarum saluti videris expedire ipsis celestis patrie gloriam facias predicari, earum confessiones audiri ac easdem secundum regulam beati Augustini et instituta ordinis monialium sancti Syxti de Urbe[2] prefatis sororibus ob felicis recordationis domino Gregorio pape nono[3] iam dudum concessa ita salubriter corrigi et etiam informaris, ut nullis obstaculis impedientibus illa semper efficiant, per que tandem in eterne claritatis[h] atrio requiescant, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, presentibus litteris et earum auctoritate quosque de premissis sedes apostolica duxerit aliud ordiandum[i] in suo robore duraturis. Dat. Spire[4] XII kal. decembris, pontificatus domini Honorii pape IIII[ti] anno secundo.[5] Auctoritate erga[j] predictarum litterarum vobis inungo, quatinus sine dilatione iniunctum vobis ministerium in monasteriis predictarum sororum, si qua in terris vestris constituta sunt, exequamini vice mea secundum formam specialibus litteris meis vobis traditam et iuxta gratiam desuper vobis datam, ut auctore deo exinde lucrum referre possitis, salutem videlicet animarum. In huius rei testimonium sigillum nostrum duxi presentibus apponendum. Vale orare pro me! Dat. Basilee[6] in octava beati Stephani.[7]

a) *Überschrift fehlt; Nachtrag von anderer Hand und Tinte, teilweise auf Rasur, der Rest in leer gebliebenem, unbeschriebenem Platz auf f. 57r|57v; wohl gleichzeitige, nördliche, möglicherweise deutsche Hand.* b) *durch Trennungsstrich aus* adnos *korrigiert* c) *am Rand, Texttinte, durch Einsetzungszeichen eingefügt, davor* tergiversione *expungiert* d) *wohl statt* Magdalene *oder* Magdeburgensis e) *Lesung unsicher* f) a *in Texttinte korrigiert* g) *wohl statt* haberis *oder* habens h) *aus* clariores *korrigiert* i) *statt* ordinandum j) *statt* ergo

1 *Der Erzbischof Johannes von Monreale (Buccamatius) wurde von Honorius IV. im Dezember 1285 zum Kardinalbischof von Tusculum (Frascati; Tusculum, abgeg. sö. von Rom, Prov. Rom) promoviert; GANZER 340. Als päpstlicher Legat unter Honorius IV. belegt. Nachweise: Les registres d'Honorius IV, Nr. 344, 551, 770 u. ö. Vgl. auch GAMS XX; EUBEL 1,39.*

[2] *Kloster S. Sixtus, Rom. Nachweise: Les registres d'Innocent IV, Nr. 547, 3856.*
[3] *Gregor IX.*
[4] *Speyer.*
[5] *1286 November 20.*
[6] *Basel.*
[7] *1290 Januar 2.*

f. 58r

## 120. Forma benedicendi cimiterium.

.. Episcopo. Dilecti filii .. prior et fratres hospitalis pauperum sancte Marie Magdalene de Rupetula[1] in Sabaudia[2] Maurianen.[3] diocesis nobis humiliter supplicarunt, ut habendi cimiterium in eodem hospitali ad opus ipsorum fratrum ac pauperum et infirmorum ibidem degentium, cum decesserint, sibi licentiam largiremur. Volentes igitur tibi, qui loci diocesanus existis, in hac parte deferre, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eis, si tot sint ibi sub communi vita degentes, quod gaudere debeant postulatis,[a] et expedire videris, postulata concedas sine iuris preiudicio alieni.

a) i *aus* a *korrigiert*

[1] *La Rochette (Savoyen). Nachweis: Les registres d'Innocent IV, Nr. 988.*
[2] *Savoyen.*
[3] *S.-Jean-de-Maurienne (Savoyen).*

## 121. Super alienatis in maiori forma.

Iud. Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod tam dilectus filius .. prior et fratres hospitalis pauperum sancti Antonii Maurianen.,[1] quam predecessores eorum domos, terras, prata, nemora, redditus,[a] possessiones et quedam alia bona ipsius monasterii[a] nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo datis[b] super hoc litteris, adiectis penis, factis renuntiationibus, interpositis[b] iuramentis, in gravem eiusdem monasterii lesionem concesserunt, quorum aliqui dicuntur super[c] hiis in communi forma confirmationis litteras a sede[c] apostolica impetrasse. Quia igitur nostra interest[d] lesis monasteriis subvenire, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis eiusdem monasterii[e] per concessiones huiusmodi vel alias alienata inveneris illicite[e] vel distracta, non obstantibus renuntiationibus, penis,

iuramentis, confirmationibus et litteris supradictis, ad ius et proprietatem ipsius monasterii[f] studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes etc.

[a-a)] *ab* us *auf Rasur, Texthand, dunklere Tinte* [b-b)] *auf Rasur, Texthand, dunklere Tinte* [c-c)] *auf Rasur, Texthand, dunklere Tinte* [d)] nostra interest *doppelt* [e-e)] *auf Rasur, Texthand, dunklere Tinte* [f)] *auf Rasur, Texthand, dunklere Tinte*

[1] *Saint-Jean-de-Maurienne (Savoyen). Nicht identifiziert.*

## 122. Forma nonnulli.

Iud.[a] Dilecti filii .. prior et fratres hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitan. in Aluernia[1] sua nobis petitione monstrarunt, quod nonnulli Claromonten.[2] civitatis et diocesis, quorum nomina prorsus ignorant, diversos redditus,[b] quedam[c] iura, que capitagia vulgariter nuncupantur[c] nec non decimas,[d] census, pensiones et terragia, que ipsi hospitali prestare[e] tenentur, et possessiones ac nonnulla alia bona eiusdem hospitalis malitiose occultare ac occulta detinere presumunt, non curantes ipsi hospitali eadem exhibere, super quo predicti prior et fratres petierunt de benignitate sedis apostolice provideri. – mandamus, f. 58v quatinus illos publice in ecclesiis coram | populo per te vel per alium moneas, ut infra competentem terminum a te prefigendum eisdem decimas et alia supradicta a se ipsi hospitali debita priori et fratribus manifestent eisdem et sibi plenam ac debitam de illis satisfactionem impedant ac possessiones et bona predicta hospitali restituant memorato, alioquin ex tunc in eos, nisi infra alium competentem terminum, quem ei peremptorie duxeris prefigendum, predicta manifestaverint et exhibuerint priori et fratribus antedictis generalem[f] excommunicationem proferas faciens eam ubi et quando expedire videris, usque ad satisfactionem condignam sollempniter publicari.[f]

[a)] darüber nochmals *Iud.* verblasst [b)] diversos redditus *interlinear darüber geschrieben* [c-c)] *in Texttinte unterstrichen* [d)] *folgt* redditus *gestrichen* [e)] presta *auf Rasur, andere Hand und dunklere Tinte* [f-f)] *rechts am Rand von oben nach unten geschrieben von derselben Hand, da das folgende Stück schon da war und der Platz nicht reichte; also wohl ursprünglich Zwischenräume für Nachträge gelassen*

[1] *Johanniterhospital in der Auvergne. Nachweise: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 1779. Les registres d'Urbain IV, Nr. 2530. Les registres de Clément IV, Nr. 1671.*
[2] *Clermont-Ferrand (Puy-de-Dôme).*

123.[a]

Iud. Dilectus filius .. prior prioratus sancti Michaelis de Conessa[1] ordinis sancti Benedicti nobis exposuit, quod nonnulli iniquitatis filii Vapincen.,[2] Grationopolitan.[3] et Anicien.[4] civitatum et diocesium, quos prorsus ignorant, diversos redditus, decimas, census, terras, domos,[b] ortos, casalia, possessiones, iura, iurisdictiones, instrumenta et quedam alia bona ad dictum prioratum spectantia temere occultare et occulte detinere presumunt in animarum suarum periculum et dicti prioratus non modicam lesionem. Quare idem prior nobis humiliter supplicavit, ut providere super hoc ipsi prioratui paterna sollicitudine curaremus. Quia vero nostra interest lesis ecclesiis subvenire, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes huiusmodi occultos detentores omnium predictorum publice in ecclesiis coram populo per te vel per alium moneas, ut infra competentem terminum a te prefigendum eisdem dicto priori plenam ac debitam de hiis satisfactionem impendant, alioquin in eos, si post alium terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeris prefigendum, monitis tuis parere contempserint, generalem excommunicationis sententiam proferas et eam facias ubi et quando expedire videris, usque ad satisfactionem condignam sollempniter publicari. Dat. etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *folgt Rasur*

1 *Conesa. Nachweis: Les registres d'Boniface VIII, 282.*
2 *Gap (Hautes-Alpes).*
3 *Grenoble (Isère).*
4 *Le Puy (Haute-Loire).*

f. 59r

124.[1]

Alexander etc. Dilectis filiis capitulo Esculan.[2] etc. Apostolice dignitatis deposcit officium, ut destitutas presidio prelatorum ecclesias condigne provisionis consolemus effectu, ita quod ibi deo propitio et cultus vigeat divini nominis et consurgat prosperitas quibusque cessantibus detrimentis. Inde sit, quod, cum ecclesia vestra pastore vacaret, nos volentes obviare dispendiis, que pretextu vacationis diutine sibi poterat[a] imminere, venerabilem fratrem nostrum Raynaldum episcopum vestrum tunc capellanum nostrum de ordine Minorum,[3] virum utique timoratum et providum ac in spiritualibus et temporalibus

circumspectum de fratrum nostrorum consilio ecclesie prefate prefecimus in pastorem; spe nobis firma proposita, quod per ipsius industriam, quem vos propter sua clara merita, sicut letantes accepimus, medio tempore in vestrum episcopum elegistis, dicta ecclesia et honorums[b] augmentum consequi et in prosperis deo propitio debeat ampliari. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur attente per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eundem episcopum, cui plenam ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus administrationem commisimus, cum ad vos pervenerit, admittentes ylariter et devote sibi tamquam patri et pastori animarum vestrarum impendatis obedientiam et reverentiam debitam ac ipsius salubribus monitis et mandatis efficaciter intendatis, procuratori suo interim de proventibus episcopalibus integre responsuri, ita quod idem episcopus in vobis devotionis filios invenisse gaudeat et vos per consequens in eo fructum paterne benivolentie semper gratulemini repperisse, alioquin sententiam, quam ipse[c] propter hoc rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Anagnie II idus februarii, pontificatus nostri anno quinto.

[a)] *statt* poterant; -t *korrigiert, Texttinte* [b)] *statt* honoris [c)] *folgt* tulerit *durchstrichen, darüber geschriebenes* rite *auch durchstrichen*

[1] *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone), 1259 Februar 12 (POTTHAST 17477; Les registres d'Alexandre IV, Nr. 2831).*
[2] *Ascoli Piceno.*
[3] *Rainald III. O.S.B. wurde 1259 Februar 12 von Alexander IV. zum Bischof ernannt; vgl. GANZER 240 mit Anm. 7; GAMS 667; EUBEL 1,111.*

## 125.[a 1]

Alexander etc. Dilectis filiis clero civitatis et diocesis Esculan.[2] etc. Apostolice
f. 59v | dignitatis etc. usque industriam, quem Esculan: capitulum propter sua clara merita, sicut letantes accepimus, medio tempore in eorum episcopum elegerunt dicta ecclesia et honoris augmentum etc. usque observari. Dat. etc.

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone), 1259 Februar 12 (Les registres d'Alexandre IV, Nr. 2832).*
[2] *Ascoli Piceno.*

126.[a 1]

Alexander etc. Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Esculan.[2] salutem etc. Laudis huma[b] preconium et premium gratie divine acquiritur, si spiritualibus patribus ac devotis filiis condigna reverentia promptis affectibus impedatur. Sane cum Esculan. ecclesia pastore vacaret, nos volentes obviare dispendiis, que pretextu[c] vacationis diutine sibi poterant imminere, venerabilem fratrem nostrum Raynaldum episcopum vestrum,[3] tunc capellanum nostrum, de ordine Minorum, virum utique timoratum et providum ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, de fratrum nostrorum consilio ecclesie prefate prefecimus in pastorem spe nobis firma proposita, quod per ipsius industriam, que Esculan. capitulum propter clara illius merita, sicut letantes accepimus, medio tempore in eorum episcopum[d] elegerunt, dicta ecclesia et honoris augmentum consequi in prosperis[e] deo propitio debeat ampliari. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur attente per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus personam ipsius episcopi, immo nostram, in eo tanquam patris et pastoris animarum vestrarum debito prosequentes[f] honore ipsius salubribus mandatis et monitis efficaciter intendatis, ita quod ipse episcopus in vobis devotionis filios invenisse gaudeat et vos per consequens in eo fructum paterne benivolentie semper gratulemini repperisse. Dat. etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* humane c) pretextu *mit durchstrichenem, weil überflüssigen Kürzungsstrich über* u d) m *korrigiert* e) in prosperis *doppelt* f) debito prosequentes *doppelt*

1 *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone), 1259 Februar 12 (Les registres d'Alexandre IV, Nr. 2833).*
2 *Ascoli Piceno.*
3 *Rainald III. O.S.B.; vgl. Nr. 124 Anm. 3.*

127.[a]

Ex parte dilectorum filiorum magistri et fratrum militie templi in Francia[1] fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsi quedam privilegia et indulgentias sedis apostolice habeant, que ipsi desiderent innovari, et propter viarum discrimina illa formident ad eandem transmittere innovanda, inspectionem eorum in illis partibus committere curaremus. De vestra igitur circumspectione

f. 60r | plenam in domino fiduciam obtinentes mandamus, quatinus vocatis, si qui propter hoc evocandi fuerint, et inspicientes indulgentias et privilegia eadem diligenter, transcripta ipsorum nobis sub sigillis vestris inclusa fideliter transmittatis significaturi nobis nichilominus, que et quanta fides sit eisdem privilegiis et indulgentiis[b] adhibenda. Dat. etc.

a) *Überschrift fehlt* b) et indulgentiis *in Texttinte interlinear darüber geschrieben*

1 *Templer in Frankreich.*

128.[a]

Alexander etc.[1] Venerabili fratre Guidoni episcopo Urbinati[2] ecclesiarum omnium curam, prout nostre debitum servitutis exigit, cupientes gerere diligentem, circa earum singulas continue attentionis oculis ad hoc potissimum vigilamus, ut illis ipsarum regimen committatur, quorum sollicitudine circumspecta et circumspectione sollicita laudabilibus in spiritualibus et temporalibus proficiant incrementis. Sane Urbinat. ecclesia pastoris solatio destituta dilecti filii capitulum ipsius ecclesie presentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, diem[b] ad electionem prefixa convenientes in unum invocata spiritus sancti gratia, ut est moris, te virum utique litteratum, providum et honestum tunc eorum concanonicum in suum elegerunt episcoum et pastorem facientes nobis electionem ipsam per dilectum filium Martinum prepositum[3] et Iohannem canonicum[4] ipsius ecclesie eorum ad hoc procuratores et nuntios presentari cum instantia postulando, ut eam confirmare utpote canonicam curaremus. Nos igitur electionem eandem examinari fecimus diligenter, et quia eam invenimus de persona ydonea canonice celebratam, ipsam considerato,[c] quod rectis dispositionibus nichil debet difficultatis afferri, de fratrum[d] nostrorum consilio duximus confirmandam ac tibi consecrationis manus impendi fecimus subsequenter sperantes firmiter ex laudabilibus testimoniis, que de tue circumspectionis industria[e] predicantur, quod eadem ecclesia sub tuo regimine grata suscipiet deo propitio in spiritualibus et temporalibus incrementa. Quocirca te ad prefatam ecclesiam cum nostre gratie plenitudine remittentes, fraternitatem

f. 60v tuam monendam duxius[f] attentius et hortandam | per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus sic fideliter et prudenter ecclesiam ipsam regere studeas, quod tuo minsterio[g] feliciter annuente divina clementia salutaribus proficiat institutis et nos sollicitudinis tue studium dignis in domino laudibus commendemus. Dat. Anagnie XIII kal. septebris,[h] pontificatus nostri anno V.

In[i] eodem modo capitulo Urbinat. verbis competenter mutatis. Cum illa clausula: Alioquin sententiam etc.

In[j] eodem modo clero civitatis et diocesis Urbinat.

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* die c) *korrigiert* d) ratr *auf Rasur, Texttinte* e) ia *korrigiert, auf Rasur, Texttinte* f) *statt* duximus g) *statt* ministerio h) *statt* septembris i) *vorher* § j) *vorher* §

1 *Anagni, (sö. von Rom, Prov. Frosinone), 1259 August 20 (Les registres d'Alexandre IV, Nr. 2928; POTTHAST fehlt; vgl. F. UGHELLI, Italia Sacra. Editio altera cura et studio Nicolai Coleti, 10 Bde., Venetiis 1717-1722, Bd. 2,786; L. BRAMANTE, I vescovi e arcivescovi di Urbino, Urbino 1953, 55-58).*

2 *Urbino. In Frage kommt Guido II. O.S.B. (1259 August 20 - 1269 Oktober 8), dessen Wahl von Alexander IV. bestätigt wurde (1259 August 20); vgl. GANZER 230; GAMS 736; EUBEL 1,509.*

3 *Nicht identifiziert.*

4 *Nicht identifiziert.*

## 129.[a]

Iud. Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii sancti .. Cistercien. ordinis .. diocesis nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ipsi quasdam possessiones et alia bona habeant, de quibus non apparent[b] publica documenta, et moveri super hiis sibi timeant questionem, eis providere super predictis paterna sollicitudine curaremus. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus testes legitimos, quos iidem abbas et conventus super possessionibus et bonis ipsis coram te duxerint producendos, prudenter recipere ac diligenter examinare procures dicta ipsorum faciens in publica reddigi[c] documenta, denuntiando illis, quos negotium forte contingit, ut receptioni huiusmodi testium, si velint, intersint et super denuntiatione sic facta confici facias publicum instrumentum. Testes autem etc.

a) *Überschrift fehlt* b) a- *aus* p- *korrigiert* c) redigi

130.[a]

Iud. Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Nonerantula[b] ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti[1] Mutinen.[2] diocesis conquestione monstrarunt, quod monasteria et ecclesie in Tuscia[3] ad monasterium ipsum spectantes in exhibendis procurationibus nuntiis et legatis apostolice sedis ac in collectis et talliis, que interdum imponuntur ecclesiis eisdem[c] provincie, ultra facultates proprias aggravantur. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut eis providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. – mandamus, quatinus, cum huiusmodi procurationes ab ecclesiis Tuscie exhiberi ac eis tallias et collectas imponi contigerit, facultatibus dictorum monasteriorum et ecclesiarum ad monasterium ipsum spectantium provida circumspectione pensatis sic erga statuas super procurationibus exhibendis et collectis et talliis supportandis eisdem, quod prefata monasteria et ecclesie ipsius monasterii occasione cuiuslibet consuetudinis vel statuti ultra facultates proprias de cetero non graventur.

a) *Überschrift fehlt* b) *wohl statt* Nonantula c) *statt* eiusdem

[1] *Wohl Nonantola (Prov. Modena). Benediktinerkloster. Eigenkloster. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 342, 343; P. FABRE / L. DUCHESNE, edd., Le Liber censuum de l'Église Romaine, Bd. 1, Paris 1905, 100, 244, 252; Bd. 2,114.*
[2] *Modena.*
[3] *Toskana.*

f. 61r

131. Protectio et confirmatio leprosorum.[1]

Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munere[a] confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo sub communi vita degitis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus districtius inhibentes, ne quis de ortis et virgultis vestris seu vestrorum animalium nutrimentis decimas a vobis exigere vel extorquere presumat. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

[a] *statt* munimine

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,449f. Q 9,2.*

## 132. Protectio et confirmatio.[1]

Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet[a] aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domos, terras, vineas, possessiones, pascua, silvas et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos vestro monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

[a] *statt* possidetis

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,449 9,1a.*

## 133. Protectio crucesignatorum.[1]

Sacrosancta etc. usque confovere.[2] Cum igitur zelo fidei et devotionis accensus signo vivifice crucis assumpto disposueris in terre sancte subsidium proficisci, nos tuis precibus benignum impertientes assensum personam, familiam et omnia bona tua, que in presentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus etc. usque[3] communimus, statuentes, ut, postquam in proximo generali passagio a sede apostolica statuendo[4] iter arripueris transmarinum vel iter fueris transmarinere[a] peregrinationis aggressus, ea omnia integra maneant et quieta, donec de tuo reditu vel obitu certissime cognoscatur. Nulli ergo etc.

[a] *statt* transmarine

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,464f. Q 13,1.*
[2] *Nach Nr. 131 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 132 zu ergänzen.*

[4] *c. 10 (11, 12) Conc. Lat. I.*

f. 61v

134.1 Super eodem.

Sacrosancta etc.[1] Cum igitur zelo fidei et devotionis accensus signa[a] vivifice crucis assumpto proposueris in terre sancte subsidium proficisci, nos tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu personam tuam cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus etc. usque communimus.[2] Statuentes, ut, postquam in primo generali passagio[b] a sede apostolica statuendo[3] iter arripueris transmarinum, donec de tuo redditu[c] vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et quieta, et ut facilius et efficacius reddere valeas domino votum tuum, perciperiendi[d] ac obligandi redditus tuos ecclesiasticos a tempore dicti passagii usque ad tempus in generali crucesignatorum indulgentia comprehensum liberam tibi concedimus facultatem, ita, quod[e] illi, quibus eos commitendos duxeris seu etiam obligandos, ex tunc infra prescriptum tempus cum ea integritate fructus percipiant eorundem, cum, qua tu eos perciperes, si in ecclesiis, in quibus illos obtines, personaliter resideres.[4] Nulli etc. huiusmodi protectionis, constitutionis et concessionis etc.[5]

a) *statt* signo b) *durch Umsetzungszeichen aus* passagio generali *korrigiert*
c) reditu d) *statt* percipiendi e) *folgt Rasur*

[1] *Nach Nr. 131 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 132 zu ergänzen.*
[3] *c. 10 (11, 12) Conc. Lat. I.*
[4] *Vgl. c. [5] Conc. Lugd. I.*
[5] *Nach Nr. 134.1 zu ergänzen.*

134.2[1]

Conservatorie sunt super predictis duabus formis retentis omnibus, usque ad clausulam nulli etc., ponitur: mandamus, quatinus predictum .. super hiis contra protectionis, constitutionis et concessionis nostre tenorem non permittas ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

[1] *Vgl. eine ähnliche Conservatoria / Executoria im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 1,424; 2,465ff. Q 13,2. Dazu* DERS., *Beiträge 170.*

## 134.3[1]

Cum autem pro laico crucesignato scribitur, non ponitur concessionis. Item nota, quod, si rectori alicuius ecclesie crucesignato dantur conservatorie vel archidiacono seu alicui persone, debet in fine poni: proviso, quod interim eidem ecclesie per idoneum vicarium serviatur vel quod interim in archidiaconatu seu simili officio per idoneum vicarium faciat deserviri. Item quod illud, postquam in primo generali etc.[2] usque aggressus olim ponebatur, sed modo non. Nam, si ponitur, non sunt littere rescribende.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,467 Q 13,2a.*
[2] *Nach Nr. 134 zu ergänzen.*
[3] *Diese Notula zeigt, dass es sich bei der Vorlage wohl um ein offizielles Kanzleibuch gehandelt hat. Über die littere rescribende vgl.* BRESSLAU *1,278, 305ff., 343;* HERDE, *Beiträge 179, 245;* DERS., *Audientia 1,204.*

## 135. Pro redeunte de partibus transmarinis.[1]

Cum in sacro generali consilio[a] provida fuerit deliberatione statutum,[2] ut crucesignatorum bona transfetantium[b] in subsidium terre sancte sub apostolice sedis defensione integra maneant et quieta, donec de ipsorum reditu vel obitum[c] certissime cognoscatur, mandamus, quatinus, quicquid super bonis dilecti filii .. laici .. diocesis reddeuntis de partibus transmarinis inveneritis,
f. 62r postquam iter arripuit, in eius | preiudicium attemptatum, in statum debitum studeas revocare, contradictores etc.

[a] *statt* concilio [b] *statt* transfretantium [c] *statt* obitu

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,630f. Q 24,2.*
[2] *c. 10 (11, 12) Conc. Lat. I. Vgl. dazu auch c. 71 Conc. Lat. IV und c. [5] Conc. Lugd. I.*

## 136. Protectio et confirmatio religiosorum.

.. Abbati et conventui. Sacrosancta etc. usque[1] confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis

etc. usque[2] suscipimus. Specialiter autem curtes de .., decimas, terras, nemora, pascua, prata, possessiones, redditus cum libertatibus et immunitatibus ac aliis bonis vestris, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro salva super decimis moderatione concilii generalis[3] auctoritate apostolica confirmamus etc. usque[4] communimus, auctoritate presentium inhibentes, ne quis de novalibus vestris, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, et vestrorum animalium nutrimentis a vobis decimas audeat extorquere. Nulli etc.

[1] *Nach Nr. 131 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 132 zu ergänzen.*
[3] c. 55 *Conc. Lat. IV = X 3.30.34.*
[4] *Nach Nr. 132 zu ergänzen.*

## 137. Confirmatio compositionis.[1]

Ea, que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere et, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri. Exibita[a] siquidem nobis vestra petitio continebat, quod, cum inter vos ex parte una et ... diocesis ex altera super ... questio fuisset exorta, tandem inter partes amicabilis compositio intervenit, quam apostolico petivistis munimine roborari. Nos igitur vestris precibus grato concurrentes assensu compositionem ipsam, sicut rite sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque[2] communimus. Nulli ergo etc.

[a)] Exhibita

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* H*ERDE, Audientia 2,470f. Q 14,1.*
[2] *Nach Nr. 132 zu ergänzen.*

## 138. Revocatio compositionis.[1]

.. Abbas et conventus, quod, cum inter ipsos ex parte una et .. prepositum et capitulum .. ex altera coram bone memorie H. episcopo .. auctoritate ordinaria super iure parrochialis ecclesie et rebus aliis suborta fuisset materia questionis, tandem mediante episcopo memorato ad quandam compositionem iuramento

vallatam, per quam idem monasterium enormiter esse lesum dinoscitur, devenerunt. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut eis subvenire per beneficium restitutionis in integrum misericorditer curaremus. – mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et monasterio ipso, sicut iustum fuerit, in integrum restituto, audias hinc inde proposita et, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, faciens etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,487 Q 14,16.*

139.[a]

Iud. Oblata nobis dilectorum filiorum capituli ecclesie sancti Germani Autisiodoren. Parisien.[b] [1] petitio continebat, quod ipsi olim necessitate coacti S. presbitero .. diocesis quosdam redditus bla|di persolvendos sibi ab eis annu[c] pro quadam summa pecunie per ipsorum patentes litteras confectas exinde concesserunt. Unde, cum dicta ecclesia ex concessione ipsa dinoscatur enormiter esse lesa, presertim cum idem presbiter tanto tempore iam ipsos redditus perceperit, quod ex eo, quod solvit, receperit ultra duplum, prefatum capitulum nobis humiliter supplicarunt, ut indempnitati eiusdem ecclesie providere per beneficium restitutionis in integrum curaremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis.

f. 62v

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *stark gekürzt* [c)] *folgt Lücke*

[1] *Saint-Germain, l'Auxerrois, Paris (Seine). Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 148, 149, 924, 1482, 1597.*

140.[a] [1]

Capitulo Claromonten.[2] Quia libenter in pacis observantia delectamur,[3] ea, que sunt iudicio vel concordia diffinita, ut firma et illibata permaneant, apostolico nos decet presidio communire. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod olim inter vos ex parte una et L. de .. concanonicum vestrum et G. fratrem eius militem .. diocesis ex altera super eo, quod camerariam Claromonten. ecclesie dicti fratres ad se iure hereditario pertinere dicebant, orta materia questionis, tandem mediante bone memorie G. de .. preposito ecclesie

Brinaten.[4] predicte diocesis inter vos amicabilis compositio intervenit, sicut in litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri, quam apostolico petivistis munimine roborari. Nos igitur vestris precibus[b] inclinati, compositionem ipsam, sicut rita[c] ac sine pravitate provide facta est et abtroque[d] parte sponte recepta et hactenus pacifice observata,[e] auctoritate apostolica confirmamus etc. usque[5] communimus. Nulli ergo etc.

a) *Überschrift fehlt* b) c *aus* b *korrigiert* c) *statt* rite
d) *statt* ab utraque e) va *interlinear darüber geschrieben*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,471f. Q 14,2.*
2 *Clermont-Ferrand (Puy-de-Dôme).*
3 *Vgl. Ps. 36,11: ... et delectabuntur in multitudine pacis.*
4 *Brionde (Haute-Loire).*
5 *Nach Nr. 132 zu ergänzen.*

## 141.[a]

Sua nobis .. prior et conventus monasterii de .. petitione monstrarunt, quod, cum inter ipsos ex parte una et .. abbatem eiusdem monasterii ex altera super reformatione ipsius monasterii de personis idoneis suborta fuisset materia questionis, tandem venerabili fratri nostro .. episcopo, loci diocesano, mediante amicabilis inter partes compositio intervenit, quam dictus abbas observare indebite contradicit. – mandamus, quatinus, si est ita, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota inviolabiliter observari. Testes autem etc.[1]

a) *Überschrift fehlt*

1 *Wenn es sich um eine Aufhebung eines Schiedsspruches handelt, wird die Testes-Klausel gesetzt; vgl. dazu HERDE, Audientia 1,430. Bei der Bestätigung eines Schiedsspruches entfällt sie; vgl. die entsprechende Notula der Hs. Ottob. lat. 762 Nr. 85.10; HERDE, Zeugenzwang 278f.; DERS., Audientia 1,230; 2,64 N 62,10.*

## 142.[a]

Iud. .. prior et conventus .., quod, cum dudum inter ipsos ex parte una et .. abbatem eiusdem monasterii ex altera super eo, quod abbas ipse tantum de bonis eiusdem monasterii perceperat annuatim, quod iidem prior et

f. 63r conventus[b] non poterant de residuo commode sustenta|ri, ac aliis diversis articulis questio suborta fuisset, tandem amicabilis inter partes mediante venerabili fratre nostro .. episcopo, diocesano ipsorum, compositio intercessit, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, quam dictus abbas observare indebite[c] contradicit contra iuramentum prestitum ad observationem ipsius temere veniendo in dictorum prioris et conventus preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus, si est ita, prefatum abbatem ad observationem compositionis ipsius, sicut rite sine pravitate ac provide facta est et ab utraque parte sponte recepta, monitione premissa per censuram ecclesiasticam remota appellationis obstaculo compellatis.[d]

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] conventus *mit weiterer, überflüssiger* us-*Kürzung darüber* [c)] in *korrigiert* [d)] *darunter Pfeil in rot und schwarz*

## 143. Super arbitrio inique prolato.

Iud. Quod, cum inter ipsum ex parte una et abbatem et conventum .. diocesis super ..[a] suborta fuisset materia questionis, tandem in talem tamquam in arbitros fuit hinc inde sub certa forma concorditer compromissum, qui compromissi formam huiusmodi excedentes iniquum contra ipsum arbitrium promulgarunt. Quare idem nobis humiliter supplicavit, ut denuntiari faceremus huiusmodi arbitrium esse nullum et eum propter hoc[b] ad penam aliquam non teneri. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] *nur ein Punkt* [b)] *folgt nochmals* eum propter hoc*, Rubrik, von Rubrikator gestrichen*

## 144. Super revocatione compositionis, ex qua monasterium enormiter lesum est.[1]

Iud. .. Abbatissa et conventus monasterii sancte Columbe,[2] quod dudum inter ipsas ex parte una et .. abbatem et conventum de ... diocesis ex altera super quibusdam possessionibus questio suborta fuisset, tandem compositio super hiis inter prefatam abbatissam tantum et abbatem et conventum eosdem ignorantibus dicti monasterii sancte Columbe conventu, ex qua illud enormiter

esse lesum asserunt, intercessit. Unde petebatur a nobis, ut subvenire ipsi monasterio per beneficium restitutionis in integrum, sicut iustum fuerit, curaremus. Quia vero nobis non constitit de premissis etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,489 Q 14,18.*
[2] *Nicht identifiziert.*

## 145. Super revocatione compositionis.[1]

Sua nobis abbas et conventus .. Cistercien. ordinis insinuatione monstravit, quod, cum olim inter quondam .. abbatem et conventum eiusdem monasterii ex parte una et venerabilem fratrem nostrum episcopum et clerum Miden.[2] ex altera super de .. et quibusdam aliis eorum ecclesiis, quas idem monasterium, antequam Cistercien. semitis[a] instituta susciperet, possidebat, coram venerabili fratre nostro .. episcopo et eius collega auctoritate apostolica questio verteretur, tandem mediantibus ipsis, in quos fuit a partibus tamquam in arbitros certa pena et iuramento interpositis compromissum renuntiato hinc inde litteris impetratis et etiam impetrandis quandam compositionem cum eisdem episcopo et clero minus provide inierunt, per quam idem monasterium noscitur enormiter esse lesum. Quare dicti.[3]

a) *wohl statt* ordinis

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,488 Q 14,17.*
[2] *Meath.*
[3] *Die Ergänzung wird als eigener Paragraph ausgewiesen. Nr. 146.*

f. 63v

## 146.[a]

Abbas et conventus[b] nobis humiliter supplicarunt, ut subvenire ipsis per beneficium restitutionis in integrum curaremus. – mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit etc.

a) *Überschrift fehlt* b) et conventus *doppelt*

147.[a]

Iud. Sua nobis, quod, cum olim inter ipsum et … diocesis super .. questione suborta tandem in talem fuit a partibus tamquam in arbitrum concorditer compromissum, qui equum tulit arbitrium inter partes, quod idem apostolico petiit munimine roborari. – mandamus, quatinus arbitrium ipsum, sicut est equum, facias per penam in compromisso expressam appellatione remota firmiter observari.

a) *Überschrift fehlt*

147.1

Nota, quod, si pena non est apposita, tunc ponitur „monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari".

148.[a] [1]

Iud. Sua nobis .., quod, cum inter ipsum et … diocesis ex altera super .. questio exorta fuisset, tandem in … diocesis fuerit a partibus tamquam in arbitros sub certa pena concorditer compromissum, qui equum inter eos arbitrium promulgarunt, quod pars altera observare indebite contradicit. – mandamus, quatinus, si est ita, dictam partem ad observationem ipsius arbitrii, sicut est equum,[b] per penam in compromisso expressam, sub appellationis obstaculo compellatis.

a) *Überschrift fehlt* b) monitione premissa *zu ergänzen*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* H*ERDE, Audientia 2,483f. Q 14,12.*

149.[a]

Iud., quod, cum inter ipsum et … diocesis super .. exorta materia questionis fuisset, hinc inde in … tamquam in arbitros sub certa pena concorditer compromissum, iidem compromissi formam excedentes super aliis, de quibus compromissum non fuerant, iniquum contra ipsum arbitrium promulgarunt.

Quare nobis idem humiliter supplicavit, ut denuntiari faceremus huiusmodi arbitrium esse nullum et eum propter hoc ad penam aliquam non teneri. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam etc.

a) *Überschrift fehlt*

## 150.[a] [1]

Iud. Tandem fuit a partibus in .. tamquam in arbitros compromissum, sed iidem arbitri tenentes causam ipsam diutius in suspenso, licet huiusmodi acceptaverint compromissum, arbitrari tamen hactenus distulerunt in ipsius preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos arbitros ad proferendum iuxta formam in compromisso expressam equum arbitrum inter partes attentius moneas et inducas eos ad id, si necesse fuerit, per censuram
f. 64r ecclesiasticam appellatione remota compellens, nisi rationa|bile quid obsistat, quare id fieri non debeat vel non possit vel nisi rationabilis causa etc.[2]

a) *Überschrift fehlt*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,491 Q 14,20.*
2 *Nach Nr. 150 zu ergänzen.*

## 151. Confirmatio compositionis facte de speciali mandato domini pape.[1]

Iud. Cum causa, que inter dilectum filium Albertum decanum et venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Patavien.[2] super quibusdam dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis ac rebus aliis, quibus idem decanus spoliatus fuerat, dicto decano et procuratoribus partis alterius in nostra presentia constitutis de speciali mandato nostro per dilectum filium nostrum O. sancte Marie in via lata diaconum cardinalem[3] amicabili sit compositione sopita, prout in instrumento inde[a] confecto plenius continetur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus compositionem ipsam rite factam facias a partibus auctoritate nostra firmiter observari, contradictores etc.

[a)] *über* in *überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,476f. Q 14,5.*
[2] *Passau.*
[3] *Es handelt sich um Octavianus Ubaldini, Kardinaldiakon von S. Maria in Via Lata (1244 September 27 - 1268 Februar 28, † 1273). Vgl. Les registres d'Innocent IV, Nr. 1517-1518;* MAULBACH *21f.;* EUBEL *1,7;* PARAVICINI BAGLIANI *XXX Anm. 9 (Literatur).*

## 152.[a]

Iud. Dilectarum[b] in Christo filiarum[c] .. abbatisse et conventus nobis exhibita petitio continebat, quod causa inter ipsas ex parte una et Raymundum Gauberti laicum ac Bernardam uxorem eius Ruthenen.[1] diocesis ex altera super quadam summa pecunie ac rebus aliis coram te non ex delegatione apostolica questio verteretur, tandem in Pauleolum de .. et eius collegam .. diocesis tui accedente consensu fuit a partibus tamquam in arbitros sub certa pena taliter[d] compromissum, ut ipsi eandem causam infra certum terminum equo arbitrio terminarent, sed dictis Raymundo et Bernarda nolentibus coram ipsis arbitris comparere, sed se per malitiam absentantibus causa eadem per arbitros ipsos, ut asserunt, elapso termino terminari non potuit in eorum non modicum preiudicium et gravamen. Volentes igitur, ut finis litibus imponatur, mandamus, quatinus, si est ita, in causa ipsa previa ratione procedens eam debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, alioquin causam ipsam ad arbitros remittas eosdem. Testes etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] arum *korrigiert, Texttinte*
[c)] arum *korrigiert, Texttinte* [d)] ta *und* ir *auf Rasur, Texttinte*

[1] *Rodez (Avyron).*

## 153.[a]

.. Abbati de Mezan.,[1] apostolice sedis legato. Ex parte dilecti filii nobilis viri[b] Boleslai ducis Slesie et Polonie oblata[c] nobis petitio continebat, quod, cum inter clare merie[d] Herricum[c] avum et H. patrem eius duces Slesie et Polonie ex parte una et Wlodizlaum ducem Polonie ex altera super terra Polonie orta materia questionis, tandem mediantibus venerabilibus fratribus nostris ..

archiepiscopo Gnesnensi et .. episcopo amicabilis inter partes compositio intervenit. Et licet felicis recordationis G. papa, predecessor noster, compositionem huiusmodi confirmarit et postmodum ipse B. et nobilis viri

f. 64v Premizl et Wlodizlaus nati Wlodizlai predicti | compositionem approbaverint eandem eamque sub certa pena iuramento hinc inde corporaliter prestito se promiserint servaturos, prout in litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri, prefati tamen nobiles compositionem ipsam servare indebite contradicunt contra iuramentum prestitum temere veniendo. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos nobiles ad observationem compositionis eiusdem, sicut rite sine pravitate provide facta est et sponte ab utraque parte recepta, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas.[2]

a) *Überschrift fehlt* b) nobilis viri *auf Rasur, Texttinte* c-c) *auf Rasur, Texthand und Texttinte* d) *statt* memorie

[1] *Mezzano, Kloster nö. Bobbio in Norditalien (monasterium sancti Pauli) (Diözese Piacenza). Es handelt sich um Opizo (Opiczo), den Abt von Mezzano, der unter Alexander IV. als päpstlicher Legat belegt ist. Nachweis: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 1593.*

[2] *Vgl. SUb Bd. 3, 150f. Nr. 225. Mit diesem Schriftstück bestätigt Alexander IV. am 18. Januar 1257 auf Wunsch seines Kapellans Wladislaus, Propst von Višehrad (und Herzog von Schlesien), und Herzog Heinrichs III. von Schlesien den inserierten Wortlaut des Transsumpts Papst Gregors IX (SUb Bd. 2, 66 Nr. 99) vom 26. Juni 1235. Es enthält den Friedensvertrag, der durch die Vermittlung von Erzbischof Fulko von Gnesen und Bischof Paul von Posen zwischen Herzog Heinrich I. von Schlesien und dessen Sohn und Herzog Wladislaw Odonicz von Großpolen am 22. September 1234 zustande gekommen war (SUb Bd. 2, 44f. Nr. 70; vgl. dazu auch SUb Bd. 2, 43f. Nr. 69). Vgl. H. AUBIN (Hg.), Geschichte Schlesiens Bd. 1, Breslau [3]1961, 128, 148.*

## 154.[a]

Iud. Nobilis vir .. dux Polonie nobis significare curavit, quod, cum inter ipsum ex parte una et venerabilem fratrem nostrum episcopum et capitulum .. ex altera super terris, possessionibus, redditibus et rebus aliis suborta fuisset materia questionis, tandem inter eos amicabilis super hiis compositio intervenit, quam dicti episcopus et capitulum contra iustitiam renuunt observare. – mandamus, quatinus, si est ita, prefatos episcopum et capitulum ad observationem compositionis ipsius, sicut rite sine pravitate ac provide facta est et ab utraque parte sponta recepta et in alterius preiudicium non redundat, monitione premissa auctoritate nostra sublato appellationis impedimento compellas.

[a] *Überschrift fehlt*

## 155.[a 1]

Iud. Quod equum inter partes arbitrium promulgarunt. Et licet a partibus acceptatum,[b] nichilominus tamen pars altera illud observare indebite contradicit. – mandamus, quatinus, si est ita, predictos .. ad observationem ipsius arbitrii, sicut est equum, per penam in compromisso expressam appellatione remota compellas.[c]

[a] *Überschrift fehlt* [b] a *korrigiert, Texttinte* [c] *Rest von f. 64v leer*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,484 Q 14,13.*

f. 65r

## 156. De habendo cimiterio.

.. Episcopo. Homines ville de .. nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ipsi adeo sint ab ecclesia matrice remota, quod hyemali precipue tempore propter inundationes aquarum et alia viarum discrimina ipsorum corpora, cum decedunt, ad eam nequeant tumulanda deferri, propter quod sepe remanent inhumerata, iuxta capellam eiusdem ville cimiterium benedici misericorditer mandaremus. Volentes igitur tibi, qui loci diocesanus existis, in hac parte deferre, mandamus, quatinus, si est ita, .. rectoris eiusdem ecclesie interveniente consensu eis ad hoc dumtaxat cimiterium benedicas sine iuris preiudicio alieni.

## 157. De eodem.

.. Episcopo. Dilectus filius .. rector ecclesie sancti Georgii tue diocesis nobis humiliter supplicavit, ut, cum eadem ecclesia, apud quam multitudo consistit, ab ecclesia matrice adeo sit remota, quod sepius parrochianorum ipsius ecclesie corpora tum propter inundationes aquarum tum propter viarum discrimina deferri ad dictam matricem ecclesiam nequeant tumulanda, propter quod ea remanere contingit sepius, inhumata[a] sibi iuxta dictam ecclesiam sancti Georgii

matricis et vicinarum ecclesiarum in omnibus iure salvo licentiam habendi cimiterium concedere dignaremur. Volentes igitur etc. usque mandamus etc. usque expedire.[1]

[a)] *statt* inhumerata

[1] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

## 158. De eodem.

.. Episcopo. Dilectus filius .. abbas et conventus de .. tue diocesis nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ipsi habeant in proprio fundo capellam et capellanum proprium, in eadem habendi cimiterium iuxta illam ad opus fratrum decedentium in eadem licentiam concedere curaremus.[a] Volentes igitur etc.[1]

[a)] *durch Trennungsstrich aus* concederecuraremus *korrigiert*

[1] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

## 159. De cimiterio leprosorum.

.. Episcopo. .. magister et fratres domus leprosorum tue diocesis nobis humiliter supplicarunt, ut, cum in eadem domo capellam habeant et capellanum, benedici ad opus ipsorum fratrum dumtaxat ibidem morantium cimiterium mandaremus. Volentes igitur tibi etc. usque[1] mandamus, quatinus, si tot sunt ibi in communi vita degentes, quod gaudere debeant postulatis, eis postulata concedas etc.

[1] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

## 160. De construenda capella.

.. Episcopo. Nobilis vir .. nobis humiliter supplicavit, ut, cum ipse adeo sit ab ecclesia matrice remota, ut ad eam maxime yemali tempore sine gravi

difficultate accedere nequeat pro divinis officiis audiendis et recipiendis ecclesiasticis sacramentis, construendi capellam in proprio fundo et habendi
f. 65v capellanum in | ea, cui paratus est pro sustentatione sua de bonis propriis sufficientes redditus assignare, sibi licentiam largiremur. Volentes igitur etc. usque[1] mandamus, quatinus eidem nobili postulata concedas, si videris expedire, sine iuris preiudicio alieni.

[1] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

## 161. De construenda cappella[a] et habendo cimiterio.

.. Episcopo. Supplicavit nobis dilectus filius nobilis vir Aymo dominus de .., ut in fundo proprio castri sui de .. Gebennen.[1] diocesis, quod de novo construxit, construendi capellam et habendi proprium capellanum in eadem, cui paratus est pro sustentatione sua sufficientes redditus assignare, sibi licentiam largiremur ac in ea benedici cimiterium mandaremus. Licet igitur venerabili fratri nostro .. episcopo Gebennen., diocesano loci, esset in huiusmodi negotio deferendum, quia tamen idem nobilis habet eum certa ratione suspectum, mandamus, quatinus eidem postulata concedas, si videris expedire, sine ipsius episcopi et iuris preiudicio alieni.

[a] capella

[1] *Genf (Kanton Genf).*

## 162. De capella et cimiterio leprosorum.

Episcopo. Supplicarunt nobis dilectus filius .. magister et fratres hospitalis .. tue diocesis, ut in eodem hospitali ad opus fratrum pauperum et infirmorum ipsius construendi capellam eis licentiam concedentes in eo benedici cimiterium mandaremus. Volentes igitur etc.[1] mandamus, quatinus eis tribuas postulata, si videris expedire, sine iuris preiudicio alieni.

[1] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

### 163. De habenda campana.

.. Archiepiscopo Senonen.[1] Dilectus filius ..[a] magister et fratres hospitalis de .. nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ipsi iuxta hospitale predictum habeant in proprio fundo capellam et capellanum proprium, in eadem habendi campanam ad convocandum fratres sibi licentiam largiremur. Volentes igitur etc.[2] mandamus, quatinus eisdem, si videris expedire, postulata concedas sine iuris preiudicio alieni.

a) *nur ein Punkt*

[1] *Sens (Yonne).*
[2] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

### 164. Quod possit facere celebrari in capella, quam habet.

.. Episcopo. Nobilis vir .. tue diocesis nobis humiliter supplicavit, ut, cum adeo sit ab ecclesia matrice remotus, quod eam commode pro audiendis divinis adire non potest, faciendi per capellanum proprium in capella de .. in eiusdem nobilis proprio fundo constructa celebrari divina licentiam sibi concedere curaremus. Volentes igitur etc. mandamus, quatinus, si expedire videris, ei licentiam tribuas postulatam sine iuris preiudicio alieni.

### 165. Quod quedam mulieres begine possint construe[a] hospitale.

.. Episcopo. Dilecte in Christo filie mulieres religiose .. magistra et sorores loci de Cantiprato iuxta montes[1] tue diocesis, que begine vulgariter appellantur, nobis humiliter supplicarunt, ut, cum sorores loci eiusdem infirmitate
f. 66r gravari contingat, non | possit eisdem in loco ipso in hiis, que ad solatia sanitatis expediunt, subveniri salubriter nec etiam infirmantes ibidem commode custodiri, construendi hospitale quodam[b] iuxta locum predictum ad opus ipsarum taliter infirmantium eis licentiam largiremur. Volentes igitur etc.[2]

a) *statt* construere b) *statt* quoddam

[1] *Es handelt sich möglicherweise um das Augustinerkloster Cantimpré bei Cambrai (Nord).*
[2] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

166.[a]

.. Episcopo et capellano Ilerden.[1] Gravem dilecti filii[b] magistri et fratrum hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe[2] accepimus questione,[c] quod, cum eis a sede apostolica sit concessum, ut in quibuslibet hospitalibus eorundem construere sibi ad opus ipsorum liceat cimiterium et oratorium seu capellam, vos fratres hospitalis eorum apud Ylerdam,[3] ut oratorium et cimiterium in eodem non habeant, impeditis contra eiusdem sedis indulta temere veniendo, licet super hoc tibi, frater episcope, pluries direxerimus scripta nostra. Quia vero tanto amplius volumus ea, que indulta sunt ab eadem sede, hospitali predicto irrefragabiliter observari, quanto illud ecclesie Romane constructum sumptibus specialius ad nos spectat, universitati vestre mandamus, quatinus predictis fratribus hospitalis Ilerden. dictum oratorium permittatis ad opus eorum construere, ac tu, frater episcope, ipsius cimiterium benedicas sine iuris preiudicio alieni, alioquin .. damus nostris litteris in mandatis, ut ipse partibus convocatis audiat causam et appellatione remota debito fine decidat et faciat, quod decreverit, auctoritate nostra firmiter observari.

a) *Überschrift fehlt* b) *Reverenzpunkte zu ergänzen* c) *statt* questionem

1 *Lerida.*
2 *S. Spirito in Sassia, Rom. Vgl. dazu P. DE ANGELIS, L'Arciconfraternità ospitaliera di S. Spirito in Saxia, Rom 1950.*
3 *Nicht identifiziert.*

167. De baptimate et sepultura.

Ex parte nobilis viri R. de .. et aliorum hominum loci eiusdem fuerit[a] nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsi capellam habeant et in ea preter parvulorum baptismata et hominum sepulturam ecclesiastica percipiant sacramenta sintque adeo ab ecclesia matrice remoti, quod yemali precipue tempore propter inundationes aquarum ac etiam viarum discrimina pro baptismandis[b] paeris[c] ad eam accedere non valentes, quamplures exiis[d] absque batissmatis[e] sacramento decedant,[f] quod liceat[g] eis in predicta capella parvulorum suorum baptismat[h] recipere licentiam ipsas[i] concedere curaremus. Volentes igitur etc.[1]

[a)] *statt* fuit [b)] *über* ap *Kürzungsstrich durchstrichen* [c)] *statt* pueris [d)] *statt* ex eis [e)] baptismatis [f)] a *korrigiert, Texttinte* [g)] eat *korrigiert, Texttinte* [h)] *statt* baptismata [i)] *statt* ipsis

[1] *Nach Nr. 156 zu ergänzen.*

## 168. De pignoribus.

Iud. Rufa de .. filia quondam Raymundi de .. sua nobis conquestione monstravit, quod Guillelmus et Uaguellinus Aquen.[1] diocesis, filii et heredes quondam Guillelmi Hugonis Uaquerii .. diocesis[a] et quosdam reditus[b] et res
f. 66v alias, que dicta R. eidem | Guillelmo Hugonis Uaquerii pignori obligavit, contra iustitiam detinent et sibi reddere denegant minus iuste, licet prefatus G. Hugonis Uaquerii ex eis perceperit ultra sortem et ad eosdem heredes lucra[c] pervenerint usurarum. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos heredes, ut redditus et alias res predictas et quicquid ultra sortem ex eis constiterit esse perceptum et ad manus pervenisse ipsorum, restituant conquerenti, per penam in Lateranensi concilio contra usurarios editam[2] appellatione remota compellas, attentius provisurus, ne auctoritate nostra in negotio procedas eodem, nisi conquerens restituerit vel adhuc restituat, si quas aliquando ipse vel dictus Raymundus extorsit usuras, cum frustra etc.[3]

[a)] *Auslassung wohl in Folge von Homoioteleuton; zu ergänzen etwa* quasdam terras, possessiones. [b)] *statt* redditus [c)] l *aus* p *korrigiert, Texttinte*

[1] *Am wahrscheinlichsten wohl Aix-en-Provence (Bouches-du-Rhône) oder Aqui (Prov. Alexandria).*
[2] *Das 3. Laterankonzil von 1179 setzte als Strafe gegen Wucherer den Ausschluss von der Kommunion und vom kirchlichen Begräbnis fest: c. 25 Conc. Lat. III = X 5.19.3. Diese Bestimmung galt für Wuchersachen und Pfandgeschäfte.*
[3] *Nach Ottob. lat. 762 Nr. 92 u. HERDE, Audientia 2,115ff. K 16 zu ergänzen: „frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere“. Die Attentius-Klausel wurde in derselben Weise bei Wuchersachen und Pfandgeschäften angewendet, wenn der Kläger Laie war. Die Testes-Klausel musste gesetzt werden, da nur Laien angeklagt waren, so auch die entsprechenden Notule der Hs. Ottob. lat. 762 Nr. 55 u. 85.1); vgl. dazu HERDE, Audientia 1,222; 2,63 N 62(I) u. (II); DERS., Zeugenzwang 271f.*

## 169. De pignoribus.

Iud. Dilectus filius nobilis vir .. dominus de .. nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse castrum de .. et quasdam alias possessiones suas quondam P.

comiti Vrgellen.[1] titulo pignoris obligasset, .. comitissa Urgellen. uxor et Emengardus filius eius ac Raimundus et .. de .. laici tutores ipsius E. castrum et possessiones predictas sibi restituere indebite contradicunt, licet tam dictus comes quam prefati comitissa et E. ac tutores ex eis perceperint ultra sortem. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.

[1] *Urgel (bei Lerida).*

## 170. De eodem et usuris.

Iud. Guillelmus laicus[a] nobis conquerendo monstravit, quod .. rector ecclesie .., Rad.[b] miles et quidam alii .. diocesis quasdam terras et alias res ipsius titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis etc.[1] et alias multa extorserunt et adhuc etc.[2] Preterea idem rector ac quidam alii clerici eiusdem civitatis et diocesis super terris, debitis etc. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi pignorum detentione ac usurarum extorsione tibi constiterit, dictos usurarios, ut sua sorte contenti pignora ipsa et quicquid ultra sortem perceperunt ex eis, ac sic extorta restituant conquerenti rectorem et clericos monitione premissa per censuram ecclesiasticam, laicos vero etc.[3] Nota, quod, ubi non ponitur „Preterea", concluditur sic: mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.

[a)] l *korrigiert, Texttinte*

[1] *Nach Nr. 168 zu ergänzen.*
[2] *Nach Nr. 55 zu ergänzen.*
[3] *Da es sich hier um eine kombinierte Klage wegen Wucher und Besitzentzug handelt, sind zwei Exekutionsklauseln zu setzen: gegen Wucher werden die Bestimmungen des 3. Laterankonzils angewendet (c. 25 Conc. Lat. III = X 5.19.3). Für die Klage wegen Besitzentzug werden die Parteien vorgeladen und das Verfahren durch ein Urteil entschieden.*

## 171. De simulata venditione.

Iud. Conquestus est nobis .. laicus .. diocesis quasdam possessiones ipsius pretextu venditionis in fraudem usurarum simulate concepte titulo pignoris etc.[1] licet etc.[2] – mandamus, quatinus, si est ita, dictum pignorum detentorem, ut venditione non obstante predicta pignora ipsa etc.[3]

[1] *Nach Nr. 170 zu ergänzen.*

[2] *Nach Nr. 168 zu ergänzen.*
[3] *Nach Nr. 173 zu ergänzen.*

## 172. Quando decime impignorantur.

Iud. .. miles nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse .. abbati et conventui et quibusdam aliis clericis .. diocesis redditus quarundam[a] decimarum, quos ab eis non tenet in feudum, titulo pignoris obligasset, iidem redditus ipsos detinere presumunt, licet ex eis perceperint ultra sortem.
f. 67r | – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.

a) *überflüssiger Kürzungsstrich über* ua *durchstrichen*

## 173. De pignoribus et iuramento.

Iud. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod G. et quidam alii .. diocesis quasdam terras, possessiones V. laici pretextu cuiusdam venditionis in fraudem usurarum simulate concepte titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis perceperint ultra sortem, extorto ab eo nichilominus iuramento. Cum igitur plus valeat, quod in veritate agitur quam quod concipitur simulate. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos pignorum detentores ad relaxandum huiusmodi iuramentum monitione premissa per censuram ecclesiasticam, ut sua sorte contenti venditione non obstante predicta recepto, si quid sorti defuerit, pignora ipsa et quicquid ultra sortem perceperunt ex eis, G. restituant memorato per penam in Lateranensi concilio etc.[1]

[1] *Nach Nr. 55, 168 zu ergänzen. Die Conclusio befiehlt dem Richter, die Beklagten zu zwingen, den Kläger vom Eid und die Bürgen von der Bürgschaft zu lösen. Der Zwang zur Eideslösung erfolgt durch gewöhnliche Kirchenstrafen. Um die Rückerstattung des Wuchers zu erzwingen, werden die Strafen gemäß der Verfügung des 3. Laterankonzils angedroht (c. 25 Conc. Lat. III = X 5.19.3).*

## 174. De usuris et iuramento.[1]

Iud. Ad audientiam nostram etc., quod I. laicus et quidam alii .. diocesis a nobili viro .. multa extorserunt et adhuc etc. usque pravitatem de solvendis et non repetendis usuris[a] extortis ab eo nichilominus,[b] quibusdam publicis instrumentis et litteris nec non et fideiussoribus aliisque cautionibus datis ab

ipso,[c] et penis adiectis. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos usurarios, ut relaxent huiusmodi iuramentum, monitione premissa per censuram ecclesiasticam et, ut ipsi eo relaxato sua sorte contenti non obstantibus litteris, penis ac fideiussoribus et cautionibus supradictis prefato nobili sic extorta restituant et ab usurarum etc.[2] per penam etc.[3]

a) huiusmodi *zu ergänzen* b) iuramento *zu ergänzen* c) factis renuntiationibus *zu ergänzen*

1 *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,135f. K 28.*
2 *Nach Nr. 55 zu ergänzen.*
3 *Nach Nr. 55, 168 zu ergänzen.*

## 175. De pignore.

Iud. A. vidua nobis conquerendo monstravit, quod[a] ipsa quandam terram quonda[b] I. defuncto titulo pignoris obligasset, de qua dictus I. sortem et amplius fuerat assecutus, A. uxor et filii eius, qui in bonis eiusdem defuncti succedunt, ipsam terram contra iustitiam detinent et sibi reddere contradicunt[c] sortem adhuc non computatis ex ea perceptis ab ipsis et[d] eodem I. fructibus exigere molientes. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc., ut de hiis, que prefatus I. dignoscitur percepisse, contenti terram ipsam et quod ex ea iidem perceperunt, restituant conquerenti, per penam etc.[1]

a) cum *zu ergänzen* b) *statt* quondam c) in *zu ergänzen* d) ab *zu ergänzen*

1 *Nach Nr. 55, 168 zu ergänzen.*

## 176. De usuris.

Iud. Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod R. et I. fratres laici .. diocesis de usuris, quas quondam Raymundus de .. laicus, pater ipsorum, cuius iidem heredes existunt, extorsit a Guillelmo dicto Salvatore, laico de non repetendis predictis usuris extorto ab eo nichilominus iuramento ei satisfacere indebite contradicunt, quamquam ad eos lucra pervenerint earundem. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos heredes, ut iuramento non obstante
f. 67v predicto[a] | sorte contenti sic extorta etc.

[a] sua *zu ergänzen*

## 177. De usuris.

Iud. H. laicus nobis conquerendo monstravit, quod P. et quidam alii laici .. diocesis multa extorserunt et adhuc extorquere nituntur ab eo per usurariam pravitatem et ut plura valeant extorquere, instrumenta super sortem[a] confecta contra iustitiam detinent et sibi reddere contradicunt. – mandamus, quatinus, si de huiusmodi etc., super aliis vero audias causam etc.

[a] *statt* sorte

## 178. De pignoribus, usura et iuramento.

Iud. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod .. priori de .., Alanus Odonis laicus et quidam alii talis diocesis quasdam terras, possessiones et alias res A. de .. militis titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis etc. et alias multa extorserunt et adhuc etc. de non repetendis usuris et fructibus non computandis in sortem, extorto ab eo nichilominus iuramento. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos usurarios ad relaxandum huiusmodi iuramentum monitione premissa per censuram ecclesiasticam et ut sua sorte contenti pignora ipsa et quicquid ultra sortem perceperunt ex eis ac sic extorta militi restituant memorato et ab usurarum exactione desistant priorem et clericos censura simili, laicos vero per penam etc.[1]

[1] *Nach Nr. 55, 168 zu ergänzen.*

## 179. De pignoribus a tutore petitis.[1]

Iud. R. clericus tutorio nomine .. pauperis orphani nobis conquerendo monstravit, quod fratres hospitalis sancti Iohannis de ... diocesis quasdam terras, possessiones et alias res eiusdem orphani titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis etc. – mandamus, si est ita, dictos etc.

[1] *Identisch mit Nr. 326.*

### 180. Contra rectorem nolentem in ecclesia residere.

Iud. Conquesti sunt nobis .., quod Laurentius presbiter, rector ipsius[a] ecclesie Senonen.[1] diocesis, licet eiusdem proventus percipiat, debitam tamen in ea residentiam facere pretermittit,[b] propter quod eadem ecclesia obsequiis defraudatur in eorum non modicum detrimentum. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum rectorem ad debitam in ipsa ecclesia residentiam faciendam monitione premissa per subtractionem proventuum eiusdem ecclesie appellatione remota cogatis.

a) *interlinear darüber geschrieben, Texttinte, Texthand* b) itit *radiert*

1 *Sens (Yonne).*

### 181. Contra patronos, qui nimis percipiunt de bonis ecclesie.

Iud. .. rector ecclesie .. nobis exposuit, quod .. abbas,[a] patronus eiusdem ecclesie, tantum recipit de ipsius proventibus annuatim, quod idem nequid[b] de residuo congrue sustentari. Quare nobis humiliter supplicavit, ut sibi super hoc providere misericorditer curaremus. Cum igitur os bovis claudi non debeat triturantis, et qui altario servit vivere, debeat de altari,[1] mandamus,
f. 68r quatinus, si est ita, facias eidem rectori portionem congruam de prefate | ecclesie proventibus iuxta generalis statuta concilii assignari.[2] Contradictores etc.

a) *folgen Reverenzpunkte* b) nequit

1 *Vgl. Dt. 25,4; 1. Cor. 9,9 u. 13; 1 Tm. 5,18: Cum igitur os bovis claudi non debeat triturantis et qui altario servit munere (vivere) debeat de altari ...*
2 *c. 32 Conc. Lat. IV = X 3.5.30.*

### 182. Quando quis receptus est in canonicatu et non est ei provisum.

Iud. .. Accepimus conquerente, quod, cum[a] ipse a preposito[b] et capitulo ecclesie .. diocesis canonice sit receptus in canonicum et in fratrem, iidem nondum sibi curarunt in beneficio providere, licet[c] habeamt[d] facultatem,[c] quamquam ad id ipsius ecclesie sufficiant facultates iuxta ipsius consuetudinem

ibidem hactenus observatam. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos prepositum et capitulum, ut eidem in beneficio, si quod in ipsa ecclesia vacat ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, provideant, ut tenentur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota iustitia mediante compellas, nisi forsan alius ipsum in receptione procedat, qui eidem in assecutione beneficii sit merito preferendus vel nisi rationabile quid obsistat.

[a)] *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte*
[b)] *korrigiert, Texttinte*
[c-c)] *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte*
[d)] *statt* habeant

## 183. Contra succedentem patri suo in beneficio.

Iud. Dilecti filii clerici ecclesie .. nobis conquerendo monstrarunt, quod .. presbiter .. diocesis in eiusdem ecclesie regimine quondam .. patri suo immediate succedens presumit eandem contra xanctiones[a] canonicas absque dispensatione sedis apostolice detinere in eorum preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis. Testes etc.

[a)] sanctiones

## 184. Contra clericum retinentem duas ecclesias.

Iud. .. Abbas et conventus nobis conquerendo monstrarunt, quod T.[a] clericus .. diocesis de .. et de .. ecclesias habentes curam animarum annexam ad eos de iure spectantes, quarum una non dependet ab alia, absque dispensatione sedis apostolice in eorum et ecclesiarum ipsarum preiudicium retinere presumit contra generalis statuta concilii temere veniendo.[1] – partibus convocatis.

[a)] *davor zwei Reverenzpunkte, T erst nachgetragen, Texttinte*

[1] *c. 29 Conc. Lat. IV. = X 3.5.28, vgl. c. 13 Conc. Lat. III = X 3.4.3.*

## 185. Contra clericos illegitimos retinentes ecclesias sine dispensatione.

.. Episcopo. Nobilis vir .. de .. et quarundam aliarum[a] ecclesiarum tue diocesis patronus nobis conquerendo monstarunt, quod, cum E. presbiter et quidam alii

clerici, qui pro rectoribus earundem ecclesiarum se gerunt, defectum natalium patiantur, iidem nichilominus presumunt ecclesias ipsas contra sanctiones canonicas absque dispensatione sedis apostolice retinere in proprie salutis dispendium, ipsius preiudicium et scandalum plurimorum. Quare petiit dictus nobilis, ut faceremus eos ab eisdem ecclesiis ammoveri.[b] Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus, quatinus, partibus convocatis. Sine Testes.

a) *statt* altera, a- *korrigiert, Texttinte*     b) amoveri

### 186. Contra clericos patribus in ecclesiis succedentes.

.. Episcopo. Idem, quod R. et quidam alii clerici .. diocesis in eisdem ecclesiis immediate quondam patribus suis, ecclesiarum ipsarum rectoribus, succedentes presumunt easdem ecclesias contra xanctiones[a] canonicas absque dispensatione sedis apostolice retinere in proprie salutis disspendium,[b] ipsius preiudicium et scandalum plurimorum. – partibus convocatis. Sine Testes.

a) sanctiones     b) dispendium

f. 68v

### 187. Contra clericos uxoratos ecclesias obtinentes.

.. Episcopo. Idem, quod, cum .. clericus et quidam alii clerici .. diocesis, qui se gerunt pro rectoribus ecclesiarum ipsarum curam animarum annexam habentium, uxorati existant, iidem tamen presumunt dictas ecclesias illicite retinere etc. ut in alia. – partibus convocatis.

### 188. Quando ecclesia dividitur in duas partes.

.. Episcopo. R. rector ecclesie de .., quod, licet ipsa ecclesia per unum rectorem consueverit gubernari, nichilominus tamen patroni eiusdem in duas portiones diviserunt eandem, quarum quelibet sex marcarum valentiam non excedit. Quare fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum non sint tales huiusmodi portiones, quod persone obtinentes easdem ex eis valeant, congrue sustentari, super hoc salubre remedium apponere curaremus. Cum igitur indignum sit, ut

unum corpus contineat duo capita quasi monstrum, mandamus, quatinus, si[a] res ita se habet, cedente vel decedente altera personarum nunc existentium in eadem non obstante diversitate patronorum ipsius, eam in statum pristinum auctoritate nostra reducas patronorum ipsorum in posterum iure salvo. Contradictores etc.

[a)] s *korrigiert*

## 189. Contra patronos.

.. Archiepiscopo. .. rector ecclesie .. proposuit coram nobis, quod in Neapolitan.[1] ecclesia tuo est tempore constitutum, ut, cum[a] votis patronorum laicorum in diversa divisis ex presentatis ad vacantem ecclesiam obtinere contingit, quilibet aliorum, qui presentati fuerunt secundum partem iuris patronatus, quam sibi vendicat presentator, de proventibus eiusdem ecclesie percipit portionem, de qua postmodum investitur, cuius occasione statuti redditus ipsius ecclesie in diversos clericos sunt divisi in suum et ecclesie prefate preiudicium et gravamen. Unde nobis humiliter supplicavit, ut super hoc providere misericorditer dignaremur. Ipsius itaque precibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, divisionem huiusmodi decernens irritam et inane dictum rectorem denunties ad eiusdem divisionis observantiam non teneri.

[a)] c *aus* e *korrigiert, Texttinte*

[1] *Neapel.*

## 190. Contra illos, qui non provident de beneficio, prout promiserunt.[a]

Iud. Sua nobis magister Rogerius clericus conquestione monstravit, quod, cum .. prior et fratres hospitalis Ierosolimitan. in Anglia[1] Londonien.[2] diocesis annuam pensionem IIII[or] marcarum argenti sibi concesserint tamdiu persolvendam ab eis, donec in ecclesiastico beneficio consueto clericis secularibus assignari, quamcito se facultas offerret, providerent eidem, per suas

se ad hoc patentes[b] litteras obligando, iidem postmodum mutata in contrarium voluntate non solum dicto magistro non curarunt in huiusmodi beneficio providere, licet habuerint facultatem, verum etiam pensionem ipsam contra
f. 69r iustitiam |[c] subtraxerunt. – mandamus, quatinus, partibus convocatis.

a) *wohl statt* providentur b) *expungiert* c) *am Ende von f. 68v unten in Texthand und Texttinte* subtraxerunt mandamus *als Reklamant*

1 *Johanniter in England.*
2 *London.*

### 191. Super eodem.

Iud. .. clericus nobis exposuit conquerendo, quod, cum .. abbas et conventus .. diocesis eidem promiserint in competenti beneficio ecclesiastico ad eorum donationem spectante, quod consueverit clericis secularibus assignari, quamcito se offerret oportunitas, providere super hoc patentes sibi litteras concedendo, dicti abbas et conventus id efficere hactenus non curarunt, quamquam pluries habuerint facultatem. – partibus convocatis.

### 192. Super eodem.

Iud.[a] .. clericus nobis exposuit conquerendo, quod, cum venerabilis frater noster .. episcopus annuam pensionem X librarum usualis monete se sibi promiserit annis singulis soluturum, donec in competenti ecclesiastico beneficio provideret eidem se ad hoc per suas patentes litteras obligando, idem episcopus pensionem ipsam sibi subtrahens pro sue libito voluntatis de competenti sibi beneficio providere hactenus non curavit, quamquam pluries habuerit facultatem, in ipsius clerici preiudicium non modicum et gravamen. – partibus convocatis. Sine Testes.

a) *am linken Rand nachgetragen, Texttinte*

### 193. Quod assignetur ei stallum in choro et locum in capitulo.[1]

Iud. Arnuldo canonico .. ecclesie accepimus conquerente, quod[a] decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis sibi stallum in choro et locum in capitulo

assignare ac exhibere sibi de proventibus ipsius ecclesie debitam portionem sicut uni ex aliis indebite contradicunt. – partibus convocatis.

[a)] *Reverenzpunkte zu ergänzen*

[1] *Vgl. Nr. 244, 336.*

### 194. Contra rectores residere nolentes.

Iud. Conquesti sunt nobis[a] parrochiani ecclesie .., quod L. rector ipsius ecclesie .. diocesis, licet cum integritate proventus eiusdem percipiat, debitam tamen in ea residentiam facere pretermittit, propter quod dicta ecclesia debitis defraudatur obsequiis et iidem parrochiani patiuntur defectum non modicum in divinis. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum rectorem ad debitam in ipsa ecclesia residentiam faciendam monitione premissa per subtractionem proventuum predictorum appellatione remota cogatis.

[a)] *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte*

### 195. De eo, qui petit sibi ecclesiam integrari, que secta fuerit contra concilium Turonen.[1]

Iud. Sua nobis magister R. rector ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum quondam Andrea clerico, qui habebat medietatem proventuum eiusdem ecclesie, decedente idem rector medietatem ipsam pro eo, quod eadem ecclesia per patronos ipsius contra Turonen. statuta concilii secta fuerat, a venerabili fratre nostro .. episcopo sibi peteret integrari, dictus episcopus ipsum super hoc admittere pro sua renuens voluntate ipsam medietatem .. clerico .. diocesis contulit in eius preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[1] *c. 1 Conc. Turon. (1163) = X 3.5.8.*

### 196. Quando ecclesia dividitur in duas partes.

Iud. Dilectus filius .. rector ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod

f. 69v bone memorie .. episcopus Cicestren.[1] | eandem ecclesiam in duas partes dividens contra statuta concilii Turonen.[2] earum alteram R. de .. presbitero .. diocesis contulit in eiusdem rectoris preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[1] *Chicester (Sussex).*
[2] *c. 1 Conc. Turon. (1163) = X 3.5.8.*

### 197. De spoliatione.

Iud. B. rector ecclesie de .. nobis conquerendo monstravit, quod venerabilis frater noster .. archiepiscopus ipsum eadem ecclesia,[a] quam se canonice proponit adeptum et aliquamdiu pacifice possedisse, contra iustitiam spoliavit, et licet idem a dicto archiepiscopo restitui ad eandem, ut ordo iuris exigit, postulasset, quia tamen archiepiscopus ipse id efficere contra iustitiam denegavit,[b] idem sentiens indebite se gravari ad nostram audientiam appellavit. – partibus convocatis.

[a] *statt* ecclesiam [b] vi *aus* bi *korrigiert, Texttinte*

### 198. De spoliatione.

Iud. W. presbiter, perpetuus vicarius ecclesie de .., nobis conquerendo monstravit, quod Iohannes eiusdem loci presbiter .. diocesis in vicariam ipsius ecclesie, quam fuerat canonice assecutus et aliquamdiu possederat sine lite, per .. abbatem[a] se procuravit intrudi, qui vicariam ipsam detinet in dicti vicarii preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a] *korrigiert Texthand, Texttinte*

### 199. Contra rectorem, qui recipit parrochianos[a] alterius ad divina.

Iud. Conquesti sunt nobis .. prior et conventus de .., quod Iohannes rector ecclesie .. et quidam alii clerici .. diocesis parrochianos suos recipiunt temere ad divina et eis exhibent ecclesiastica sacramenta in eorum preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) n *aus* l *korrigiert, Texttinte*

## 200. Contra rectorem exigentem aliquid a parrochianis pro ecclesiasticis sacramentis.

.. Archiepiscopo Remen.[1] Homines ville Sancti Stephani,[2] parrochiani ecclesie loci eiusdem, nobis significare curarunt, quod .. rector ipsius ecclesie Remen. diocesis pro sepulturis et exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium et aliis ecclesiasticis sacramentis certam ab eis pecunie summam exigit et extorquit in proprie salutis dispendium et scandalum plurimorum. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum rectorem, ut ab huiusmodi exactionis perversitate desistat, sub appellationis obstaculo monitione premissa districtione[a] canonica cognita veritate compescas, proviso attentius, ne dicti parrochiani laudabilem consuetudinem erga dei ecclesiam pia devotione fidelium introducta fermento heretice pravitatis infringant sub pretextu canonice puritatis. Vel sic:[b] monens nichilominus homines antedictos, ut laudabilem consuetudinem erga dei ecclesiam pia devotione fidelium introductam observent, ne pretextu puritatis
f. 70r catholice illam fer|mento heretice pravitatis corrupere[c] videantur.

a) *wohl statt* discretione b) *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte,* c) *statt* corrumpere

1 *Reims (Marne).*
2 *Nicht identifiziert.*

## 201. De spoliatione.

Iud. Querelam dilecti filii ..[a] magistri Florentii cantoris Cassellen.[1] recepimus continentem, quod venerabilis frater noster .. Cassellen. archiepiscopus motus indebite contra eum falso asserens ipsum plura ecclesiastica beneficia curam animarum habentia sine dispensatione sedis apostolice contra generalis statuta concilii detinere,[2] licet convictus vel confessus exinde non fuisset nec alias liquido constaret eidem,[b] nichilominus tamen[c] ipsum cantoria sua, quam fuerat in Cassellen. ecclesia canonice assecutus et aliquamdiu possederat sine lite, contra iustitiam spolians illam magistro P.,[d] clerico .. diocesis de facto pro sua contulit voluntate in dicti cantoris preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[a)] *nur ein Punkt* [b)] *möglicherweise verderbt* [c)] n *korrigiert, Texttinte*
[d)] *folgen zwei Punkte*

[1] *Cashel (Tipperary).*
[2] *c. 29 Conc. Lat. IV. = X 3.5.28, vgl. c. 13 Conc. Lat. III = X 3.4.3.*

## 202. Contra vicarios subtrahentes patronis temporalia[a] ecclesiarum eis in usus proprios concessarum.

Iud. Querelam dilecti filii .. abbatis et conventus monasterii de .. ordinis sancti Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis recepimus continentem, quod W. de .., Willelmus de .. et quidam alii perpetui vicarii ecclesiarum, que predictis abbati et conventui in proprios usus sunt concesse .. diocesis de temporalibus, in quibus tenentur, eisdem aliquando totum, interdum vero partem subtrahere ac frequentem solutionem differe pro sue voluntatis arbitrio presumpserunt in eorundem abbatis et conventus preiudicium non modicum et gravamen. – mandamus, partibus convocatis.

[a)] t *korrigiert, Texttinte*

## 203. Quando quis presentatur episcopo ad ecclesiam.

Iud., quod, cum ipse ad vacantem ecclesiam de .. fuisset a veris patronis ipsius venerabili fratri nostro .. episcopo, loci diocesano, canonice presentatus, .. clericus diocesis institutioni sue contra iustitiam se opponens in eadem ecclesia se procuravit intrudi in eius preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

## 204. Contra presbiterum, qui revelavit peccata alicuius.

.. Episcopo diocesano. R. laicus nobis graviter est conquestus, quod, cum ipse Radulpho presbitero ecclesie de .. diocesis peccata sua sub tecto penitentie confessus fuisset, idem presbiter ipsa publice in eadem ecclesia presentibus parrochianis ipsius propria temeritate prodidit in anime sue periculum, plurimorum scandalum et eiusdem R. non modicum detrimentum. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

### 205. Quando episcopus instituit vicariam in aliqua ecclesia in preiudicium patronorum.

Sua nobis dilectus filius .. abbas .. monasterii conquestione monstravit, quod bone memorie R. episcopus Cicestren.[1] in ecclesia .., in qua idem abbas ius
f. 70v obtinet patronatus et que per | solum rectorem consueverat gubernari, de novo statuens perpetuam vicariam Robertum de .. presbiterum .. diocesis eo irrequisito et omnino contempto, qui commode requiri poterat et de iure debebat, instituit in eadem, quam idem R. occupatam detinet in ipsius preiudicium et gravamen, ipsius monasterii lesionem. – partibus convocatis, quod canonicum etc.

[1] *Chicester (Sussex). Vgl. GAMS 185, EUBEL 1,187.*

### 206. Quando episcopus cassavit electionem alicuius.

Iud. Sua nobis G. canonicus monasterii .. ordinis sancti Augustini conquestione monstravit, quod, cum eodem monasterio abbatis regimine destituto .. prior et conventus eiusdem elegissent ipsum concorditer ac canonice in abbatem ac presentassent venerabili fratri nostro .. episcopo, loci diocesano electionem huiusmodi confirmandam, idem episcopus eandem electionem approbare detractans ipsam post appellationem legitimam ad sedem apostolicam interposita pro sua voluntate cassavit. – mandamus, quatinus, partibus convocatis, quod canonicum etc.

### 207. Contra clericum nolentem residere.

Iud. Dilecti filii clerici ecclesie .. nobis conquerendo monstrarunt, quod Gundisaluus, ipsius ecclesie clericus tue diocesis plura ecclesiastica beneficia habentia curam animarum absque dispensatione sedis apostolice obtinens in eadem ecclesia, ut tenetur, personaliter deservire, prout[a] cura beneficii sui ipsius requirit ecclesie, pro sue voluntatis libito pretermittit, quamquam eiusdem beneficii percipiat cum integritate proventus, propter quod dicta ecclesia debitis defraudatur obsequiis. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum G. ad debitam in eadem ecclesia residentiam faciendam monitione premissa per subtractionem proventuum eorundem appellatione remota compellas.

[a] u *korrigiert, Texttinte*

## 208. Quando capitulum in preiudicium recepti prius confert prebendam alii, quem posteat[a] receperunt.

Iud. Ex parte B. canonici .. nobis est oblata querela, quod, licet ipse in ecclesia ... diocesis a .. decano et capitulo ipsius ecclesie ad prebendam primo vacaturam ibidem in canonicum et in fratrem canonice ac concorditer[b] sit receptus, quadam tamen prebenda postmodum in ecclesia vacante predicta prefati decanus et capitulum eam Waltero de .. presbitero .. diocesis, quem postmodum in ipsa receperunt, contulerunt pro sue libito voluntatis, in eiusdem canonici preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum etc.

[a] *wohl statt* postmodum [b] ac concorditer *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

## 209.[a]

Iud. Rad.[b] rector ecclesie .. sua nobis exposuit questione, quod Iohannes dictus .. clericus .. diocesis ipsum super eadem ecclesia contra iustitiam aggravat et molestat. Preterea idem I. Ric.[c] laicus et quidam alii .. diocesis super decimis, redditibus et rebus aliis etc.

[a] *Überschrift fehlt*

f. 71r

## 210. Quando archiepiscopus instituit officialem in civitate in preiudicium decani et capituli.

Iud. Sua nobis .. decanus et capitulum .. petitione monstrarunt, quod, cum de antiqua et approbata consuetudine hactenus pacifice observata ius instituendi officialem in civitate ac diocesi Elfinen.[1] sede Elfinen. vacante[2] pertineat ad eosdem, venerabilis frater noster .. archiepiscopus Tuamen.[3] predicta sede vacante post appellationem ad sedem apostolicam interiectam .. decanum

Tuamen. in officialem Elfinen. pro sua instituit voluntate in eorum preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[1] *Elphin (Roscommon). Das Bistum Elphin unterstand als Suffragan dem Erzbistum Tuam.*
[2] *Für die Vakanzen vgl.* GAMS *219;* EUBEL *1,237.*
[3] *Tuam (Galway). 1150 zum Erzbistum erhoben.*

### 211. Quando rector exit[a] a religiosis decimas contra indulta.

Iud. .. Abbatissa et conventus .. nobis conquerendo monstrarunt, quod .. de .. et .. de .. ecclesiarum rectores ac quidam alii clerici .. diocesis quasdam decimas ab eis contra indulta privilegiorum apostolice sedis exigunt et extorquent. – partibus convocatis.

a) *statt* exigit

### 212. Contra illum, qui occupavit ecclesiam alicuius.

Iud. Rector .. ecclesie sua nobis exposuit questione, quod .. eiusdem loci clericus .. diocesis ecclesiam ipsam, quam fuerat canonice assecutus et aliquamdiu sine lite possedit, per violentiam occupans illam contra iustitiam detinet et sibi reddere contradicit et alias super decimis et rebus aliis iniuriatur eidem. – partibus convocatis.

### 213. Contra illos, qui recipiunt parrochianos alterius ad divina et sepulturam.

Iud. Magister O. rector ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod .. abbas et conventus de ... diocesis parrochianos suos recipiunt temere ad divina et eis exhibent ecclesiastica sacramenta. Corpora quoque parrochianorum suorum defunctorum in eorum cimiterio sepellire[a] presumunt, licet ibidem non elegerint sepulturam, in prefati rectoris preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) sepelire

## 214. De spoliatione.

Iud. .. rector .. ecclesie nobis exposuit conquerendo, quod venerabilis frater noster .. episcopus ipsum eadem ecclesia, quam se canonice proponit adeptum et aliquamdiu pacifice possedisse, contra iustitiam spolians eam .. clerico .. diocesis de facto, cum de iure non posset, contulit in eius preiudicium et gravamen, propter quod ad nostram audientiam appellavit.

## 214.1[a] [1]

Quando laicus conqueritur, conclude: „Partibus convocatis“.

[a]) *links am Rand, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. eine ähnliche Notula im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,244 K 95 Zusatz a).*

## 215. Quod, cum ter teneatur in ebdomada celebrare divina.

Iud. Nobilis vir .. nobis conquerendo monstravit, quod, cum R. rector ecclesie ... diocesis in capella de .., in qua ipse ius obtinet patronatus, teneatur ter in ebdomada celebrare divina, idem id efficere contradicit, quamquam deputatos sibi percipiat cum integritate proventus, propter quod dicta capella debitis obsequiis defraudatur et dictus nobilis dispendium non modicum patitur in divinis. – partibus convocatis.[a] – mandamus, quatinus, si est ita, dictum rectorem, quod in capella predicta divina celebret, ut tenetur, per subtractionem
f. 71v dictorum proventuum mo|nitione premissa appellatione remota iustitia mediante compellas. Testes etc.

[a]) partibus convocatis *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte*

## 216. Quando patroni nolunt tueri iura ecclesiarum rectoribus earum id facere negligentibus.

Iud. .. Abbas et conventus .. suam ad nos querimoniam destinarunt, quod, cum sancti Thome iuxta pontem ferreum[1] de .., de .. et quorundam aliorum locorum ecclesiarum, in quibus ipsi plenum ius obtinent patronatus, rectores in earum

iuribus prosequendis negligentes sint et omnino remissi ac dicti abbas et conventus, quorum interest eadem iura tueri, velint ipsam prosequi, ne forte diminui per eorum negligentiam videantur, .. rector ecclesie de .., homines ville de .. et quidam alii clerici et laici .. diocesis super decimis, possessionibus et rebus aliis ad predictas ecclesias de iure spectantibus iniuriantur eisdem. – partibus convocatis.

[1] *Möglicherweise Pons Ferreus (Ferri), abgeg. bei Antakya (Antiochien) (Prov. Hatay), Türkei.*

## 217. Contra rectores negligentes circa conservationem bonrum[a] ecclesiarum.

Iud. Iidem suam ad nos transmisere querelam, quod .. sancti Thome iuxta pontem ferreum et quarundam aliarum ecclesiarum, in quibus iidem abbas et conventus ius obtinent patronatus, .. rectores .. diocesis adeo circa curam et conservationem bonorum ecclesiarum ipsarum sunt tepidi et remissi, quod non solum bona eadem temere alienare, verum etiam ab aliis illicite alienari permittunt in grave dicti monasterii dampnum et ecclesiarum ipsarum non modicam lesionem. – partibus convocatis.

a) *statt* bonorum

## 218. Non dabant ei portionem de distributionibus cotidianis nec admittebant ad tractatus communes.[1]

Iud. Raynaldus de .. canonicus .. ecclesie, quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie portionem cotidianarum distributionum sibi debitam, quamquam resideat in eadem, exhibere sibi[a] contra iustitiam denegantes ipsum ad communes tractatus eiusdem ecclesie non admittunt. – partibus convocatis.

a) *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. Nr. 319.*

### 219. Quando exigitur a rectore aliqua pensio.

Iud. Querelam .. rectoris .. ecclesie recepimus continentem, quod .. prior et conventus de .., patroni eiusdem ecclesie .. diocesis, quandam pensione[a] ab eo nomine illius ecclesie contra iustitiam exigentes ipsum super eadem pensione presumunt indebite molestare. – mandamus, quatinus priorem et conventum eosdem, ut ab ipsius exactione indebita pensionis et a rectoris eiusdem super hoc indebita molestatione desistant monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota veritate cognita compescatis.

[a]) *statt* pensionem

### 220. Quando aliquis non potest nancisci possessionem[a] ecclesie sibi collate.

Iud. Querelam gravem dilecti filii .. decani .. recepimus continentem, quod, cum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Maguntin.[1] vacantem preposituram .. ecclesie .. diocesis, cuius collatio ad eundem archiepiscopum noscitur pertinere, sibi canonice duxerit conferendam, nobilis vir .. eiusdem diocesis ipsum, quominus nanciscatur prepositure possessionem eiusdem, impedit minus iuste. – partibus convocatis.

[a]) *stark gekürzt*

[1] *Mainz.*

### 221. Quod cum teneatur celebrare in quadam capella.

Iud. R. miles, patronus capelle .., quod, cum .. rector ecclesie .. diocesis in eadem capella certis teneatur temporibus divina officia celebrare certis super hoc sibi redditibus assignatis, prout in instrumento confecto exinde dicitur plenius contineri, idem id efficere indebite contradicit, quamquam cum integritate percipiat ad hoc sibi redditus assignatos. – partibus convocatis.

f. 72r

## 222. Super eodem.

Iud. Nobilis vir .., quod, cum .. rector ecclesie ... diocesis teneatur in capella sua de .. certis diebus celebrare divina et nobili eidem exhibere ecclesiastica sacramenta, idem id efficere indebite contradicit, propter quod prefata capella debitis defraudatur obsequiis et idem nobilis gravem defectum patitur in divinis. – partibus convocatis.

## 223. Contra occupantes quasdam ecclesias.

Iud. ..[a] prior et conventus de .., quod .. et .. presbiteri .. diocesis de .. et de .. ecclesias eiusdem diocesis spectantes ad eorum monasterium pleno iure contra iustitiam occupantes eas detinent in eorum preiudicium et gravamen. – partibus convocatis.

a) *nur ein Punkt*

## 224. De procurationibus.[1]

Iud. .. Archipresbiter ecclesie .. nobis exposuit, quod, cum de antiqua et approbata consuetudine et hactenus observata pacifice archipresbiteratum suum eiusdem ecclesie singulis annis debeat visitare, .. et quidam alii clerici ecclesiarum ipsius archipresbiteratus procurationes ratione visitationis sibi terras[a] ei contra iustitiam denegant exhibere. – partibus convocatis.

a) *wohl statt* debitas

1 *Vgl. Nr. 334.*

## 225. Quod eum suspendit ab officio et beneficio.

Iud. .. clericus nobis graviter est conquestus, quod Geraldus officialis Leodien.[1] ipsum ab officio et beneficio auctoritate propria sine rationabili causa suspendit, propter quod[a] nostram audientiam appellavit.[b] – mandamus, quatinus partibus convocatis.

[a)] *wohl zu ergänzen* idem clericus ad [b)] vit *korrigiert, Texttinte*

[1] *Lüttich (Liège).*

## 226. Confirmatio duarum ecclesiarum.

Dilecto filio G. sancti Aiuti et sancti Sulpitii ecclesiarum, quarum una dependet ab alia,[a] rectori .. diocesis. Iustis petentium etc. usque assensum[b] sancti Aiuti et sancti Sulpitii ecclesias, quarum una dependet ab altera, cum pertinentiis suis, quas te canonice proponis adeptum, sicut eas iuste etc. usque communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

[a)] *wohl statt* altera [b)] m *mit hellerer Tinte nachgetragen, dennoch wohl statt* assensu

## 227. Confirmatio beneficii.

Dilecto filio G. rectori .. ecclesie. Cum a nobis petitur etc. usque assensu perpetuum beneficium, quod in ecclesia .. canonice proponis adeptum, sicut illud iuste etc. usque communimus. Nulli etc.

## 228. Confirmatio vicarie.[1]

Dilecto filio V. perpetuo vicario ecclesie ... diocesis. Iustis petentium etc. usque assensu perpetuam vicariam cum pertinentiis suis, quam in ecclesia .. canonice, te proponis adeptum, sicut eam iuste etc.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE*, Audientia 2,454 Q 11,2.*

## 229. Confirmatio prebende.

Dilecto filio R. canonico ecclesie ... diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque assensu canonicatum et prebendam, quam in ecclesia sancti .. canonice[a] te proponis adeptum, sicut eam iuste etc.

[a)] c *korrigiert, Texttinte*

## 230. Quando construitur capella[a] in parrochia matris ecclesie.

Iud. Querelam .. rectoris ecclesie .. recepimus continentem, quod venerabilis frater noster .. Lissnorien.[b] [1] episcopus quandam infra limites parrochie ipsius ecclesie de novo capellani[c] ipsi rectore contradicente construxit in suum
f. 72v et eiusdem ecclesie preiudicium | non modicum et gravamen. – partibus convocatis.

[a)] capella *mit überflüssigem übergeschriebenem Kürzungsstrich*
[b)] *statt* Lismorien. [c)] *statt* capellam

[1] *Wohl Lismore (Waterford).*

## 231. Quando[a] episcopus non vult admitttere[b] purgationem alicuius clerici.

Iud. Sua nobis A. perpetuus vicarius ecclesie .. conquestione monstravit, quod, cum venerabilis frater noster .. episcopus falso sibi a quibusdam emulis vicarii eiusdem suggesto,[c] quod idem incontinentie vitio laboraret, propter hoc ipsum ad suam presentiam evocasset, licet idem A. coram eodem episcopo super hoc se obtulerit canonice purgaturum, idem tamen episcopus purgationem eius recusans admittere nichilominus ipsum non convictum nec confessum ex arrupto vicaria sua ipsius ecclesie pro sua spolians voluntate illam .. clerico .. diocesis contulit, qui eam detinet in eiusdem vicarii preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[a)] Qan *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich* [b)] *statt* admittere
[c)] *erstes* g *korrigiert, Texttinte*

## 232.[a]

Iud. Conquestus est nobis A. clericus, quod, cum I. de .. laicus sit ei servili conditione subiectus, idem a servitute huiusmodi se subtrahit minus iuste. – partibus convocatis.

[a)] *Paragraphenzeichen fehlt, Überschrift fehlt*

## 233. Quando ecclesia vacante alienatur predia imprinis.[a]

Iud. .. scolasticus et capitulum ecclesie .. suam ad nos transmisere querelam, quod .. decanus eiusdem ecclesie Conradum et quidam alii Ratisponen.[1] civitatis et diocesis dicta ecclesia destituta pastore[b] predia quedam ad mensam episcopalem spectantia eis[c] irrequisitis ac penitus ignorantibus quibusdam laicis pro quadam pecunie summa temeritate propria obligarunt in gravem eiusdem mense ac predicte ecclesie lesionem. – partibus convocatis.

a) *statt* imprimis  b) e *korrigiert, Texttinte*  c) *auf Rasur*

1 *Regensburg.*

## 234. Quando rectore muente[a] presentatur aliquis ad ecclesiam suam.

Iud. Dilectus filius Willelmus de .. et de Ford ecclesiarum rector, quarum una dependet ab[b] altera nobis conquerendo monstravit, quod Rog(erius). de .. clericus .. diocesis a[c] eandem ecclesiam de Ford, quam falso vacare dicebat, procurans[d] a veris patronis ipsius venerabili fratri nostro .. episcopo, diocesano loci, se presentari ac ab eodem episcopo institui in eadem ecclesia, ipsam contra iustitiam detinet et ei reddere contradicit. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

a) *statt* nolente  b) ab *doppelt*  c) *wohl statt* ad  d) *überflüssiger Kürzungsstrich über* ran *durchstrichen*

## 235. Contra clericos nolentes celebrare in quadam ecclesia, licet percipiat[a] proventus.[1]

Iud. Dilecte in Christo filie .. abbatissa et conventus monasterii .. nobis conquerendo monstrarunt, quod, cum presbiteri et canonici eiusdem monasterii .. diocesis iuramento[b] astricti dictis abbatisse et conventui celebrare divina iidem id efficere indebite contradicunt, quamquam propter hoc deputatos eisdem percipiant cum integritate proventus. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos presbiteros et canonicos, ut eisdem abbatisse[c] et conventui divina

celebrent, ut tenentur, per subtractionem proventuum eorundem appellatione remota per censuram ecclesiasticam previa ratione compellas.

a) *statt* percipiant b) teneantur *zu ergänzen* c) i *aus* e *korrigiert Texttinte*

[1] *Vgl. Nr. 329.*

### 236. Contra eum, qui se opponit institutioni alicuius.

Iud. C. clericus nobis exposuit conquerendo, quod, cum idem ad vacantem ecclesiam de .. fuerit a veris patronis ipsius ecclesie .. archidiacono .., ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine institutio rectoris in eadem ecclesia pertinet, canonice presentatus ac de ea investitus ab
f. 73r ipso, .. clericus, .. miles et quidam alii .. | diocesis institutioni sue contra iustitiam se opponit.[a] – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

a) *statt* opponunt

### 237. Contra rectorem nolentem residere.

Iud. Dilecta in Christo filia .. abbatissa secularis ecclesie .. sua nobis[a] monstravit, quod, cum capella beate Marie loci eiusdem .. diocesis ad eandem ecclesiam pertineat pleno iure, H. de .. perpetuus capellanus eiusdem debitam in ipsa capella residentiam facere pretermittit, quamquam ipsius capelle percipiat cum integritate proventus, propter quod eadem capella debitis obsequiis defraudatur. – mandamus, quatinus, si est ita, prefatum capellanum, ut in dicta capella resideat ac deserviat, ut tenetur, monitione premissa per subtractionem proventuum eorundem appellatione postposita previa ratione cogatis.

a) *zu ergänzen* petitione

### 238. Contra episcopum, qui spoliavit rectorem nequiter accusatum.

Iud. .. rector ecclesie de .. exposuit coram nobis, quod, cum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Rotomagen.,[1] diocesanus suus, ad inquirendum contra

eum quorundam emulorum suorum excitatus suggestionibus descendisset dicto presbitero se ipsius archiepiscopi ad eius instantiam de parendo mandatis suis, si tamen cum eo mitius ageret, iuramento prestito misericordie[a] submittente, idem archiepiscopus non misericordiam agens cum eo, sed iniquo iudicio condempnas in sontem[b] prefata ecclesia, quam canonice fuerat assecutus, perpetuo privavit eundem, suspensionis in ipsum sententia nichilominus promulgata. Quare dictus rector nobis humiliter supplicavit, ut in hac parte sibi providere misericorditer curaremus. – mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota canonico fine decidas, faciens etc.

[a] mie *mit Kürzungsstrich* [b] *wohl statt* sortem

[1] *Rouen (Seine-Maritime).*

## 239. Contra illos, qui construunt capellam infra fines ecclesie parrochialis.

Iud. .. rector .. ecclesie, quod .. magister et fratres domus dei loci eiusdem .. diocesis capellam infra limites parrochie sue ipsius ecclesie construere propria temeritate presumunt sine ipsius et sui diocesani assensu in eius non modicum preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus partibus convocatis.

## 240. Contra eum, qui instituit aliquem in ecclesia in preiudicium alicuius.

Iud. Venerabilis frater noster .. episcopus, quod, cum institutio et destitutio capellani capelle sancti Iohannis de .. pertineat ad eundem, sacrista .. detrimentum presbiterum .. diocesis in capella predicta instituere propria temeritate presumpti[a] in eiusdem episcopi preiudicium non modicum et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[a] *statt* presumpsit

## 241. Contra usurpantes sibi iurisdictionem in preiudicium alterius.

Iud. .. prepositus ecclesie .., quod, cum de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine ad ipsum in eadem ecclesia pertineat collatio prebendarum, venerabilis frater noster .. episcopus, loci diocesanus, infringens huiusmodi consuetudinem minus iuste ius conferendi prebendas in predicta ecclesia sibi pro sue libito voluntatis usurpat in ipsius prepositi et ecclesie sue preiudicium non modicum et gravamen. – partibus convocatis.

## 242. Spoliavit eos ecclesia, quam habuerunt antequa[a] susciperent Cistercien. instituta.[1]

Iud. .. Abbas et conventus Cistercien. ordinis, quod venerabilis frater noster .. episcopus ipsos ecclesia de .. ad eos pleno iure spectante, quam obtinuerunt, antequam susciperent Cistercien. ordinis instituta, contra iustitiam spolians f. 73v ipsam N. presbitero .. diocesis contulit, qui eam detinet in | eorum preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *statt* antequam

1 *Identisch mit Nr. 333.*

## 243.[a]

Iud. G. diaconus nobis conquerendo monstravit, quod, cum ad vacantem ecclesiam de .. a veris patronis ipsius sit .. archidiacono de .. et .. officiali Pampilonen.[1] venerabilis fratris nostri .. Pampilonen. episcopi, ad quem eiusdem ecclesie institutio pertinet, in hoc vicem gerentibus canonice presentatus et in ipsa investitus etiam per eosdem, Garsias Petri clericus[2] .. diocesis super eadem ecclesia iniuriatur eidem. – partibus convocatis.

a) *Überschrift fehlt*

1 *Pamplona.*
2 *Möglicherweise identisch mit dem Kleriker Petrus Garsias aus Estella (Navarra), einem alumnus des päpstlichen Kaplans und Kanonikers aus Troyes (Aube), Magister Johannis Garsiae. Für diesen ist im Register Urbans IV. ein päpstliches Provisionsmandat an den Archidiakon von Pamplona überliefert, das seine Aufnahme als portionarius in einer Kirche in Tarazona (Prov. Saragossa) befiehlt (1268 Juli 18). Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1921.*

### 244. Contra capitulum nolens cuidam assignare stallum in choro etc.[1]

Iud. A. de .. canonico ecclesie .. accepimus conquerente, quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis sibi stallum in choro et locum in capitulo assignare ac exhibere sibi de proventibus ipsius ecclesie debitam portionem sicut uni ex aliis indebite contradicunt. – partibus convocatis.

[1] *Vgl. Nr. 193, 336.*

### 245. Quia construxit capellam infra limites parrochie.

Iud. Dilectus filius .. abbas et capitulum secularis ecclesie sancti Aterii suam ad nos querimoniam destinarunt, quod R. miles .. diocesis quoddam infra metas ipsius parrochie oratorium post denuntiationem novi operis propria temeritate construxit in eorum preiudicium non modicum et gravem eiusdem ecclesie lesionem. – partibus convocatis.

### 246. Contra eum, qui se intrusit in quadam ecclesia.

Iud. Sua nobis .. decanus monasterii conquestione monstravit, quod, cum ipse ecclesiam de ... diocesis fuisset canonice assecutus, Henricus canonicus .. eam sibi postmodum conferri de facto procurans auctoritate quarundam litterarum, quas a nobis super provisione sua ad venerabilem fratrem nostrum .. Tolletan.[1] archiepiscopum impetrarat, in eadem ecclesia temere se intrusit, quam detinere contendit in eius preiudicium et gravamen. – partibus convocatis.

[1] *Toledo.*

### 247. Contra rectores nolentes esse contentos portionibus sibi assignatis per diocesanum.

Iud. .. Abbas et conventus .., quod, licet in ecclesiis Remen.[1] provincie, in quibus ius obtinent patronatus, sint per diocesanos locorum in earundem ecclesiarum rectoribus portiones congrue assignate, iidem tamen huiusmodi

portionibus, quamquam sufficiant, non contenti, super augmentatione illarum ipsos multipliciter aggravant et molestant. – partibus convocatis.

[1] *Reims (Marne).*

### 248. Contra rectorem nolentem residere.

Iud. Conquesti sunt nobis parrochiani ecclesie de .., quod Laurentius presbiter, rector ipsius ecclesie .. diocesis, licet cum integritate proventus eiusdem percipiat, debitam tamen in ea residentiam facere pretermittit, propter[a] dicta ecclesia debitis obsequiis defraudatur et iidem parrochiani patiuntur defectum non modicum in divinis. Ideoque mandamus, quatinus, si est ita, dictum rectorem ad debitam in ipsa ecclesia residentiam faciendam monitione premissa per subtractionem proventuum predictorum appellatione remota cogatis.

a) *zu ergänzen* quod

### 249. Contra episcopum, qui non permisit tumulari quedam corpora in quodam monasterio.

Iud. .. Abbas et conventus, quod venerabilis frater noster .. episcopus quondam .. et quorundam aliorum civitatis et diocesis[a] corpora, qui ex devotione apud
f. 74r predictum monasterium in ultima voluntate sibi elegerant[b] | sepulturam, illuc deferri ac eadem tumulari in ipso contra iustitiam non permisit, sed ipsa fecit in .. ecclesie cimiterio sepelliri[c] in dictorum abbatis et conventus et eiusdem monasterii preiudicium non modicum et gravamen. – partibus.[d]

a) io *korrigiert, Texttinte* b) e- *korrigiert, Texttinte* c) sepeliri
d) *zu ergänzen* convocatis

### 250. Quando vir vendit dotem uxoris.

Iud. Ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod Iohannes de .. miles quasdam terras, possessiones et res alias ad dotem C. uxoris sue spectantes Iohanni de .. et quibusdam aliis Verul(an).[1] diocesis pro sua vendidit voluntate

prefatam uxorem per vim et metum, qui cadere poterat in constantem, venditioni[a] huiusmodi consentire compellens et extorquens ab ipsa de non veniendo contra venditionem eandem nichilominus iuramentum. – mandamus, quatinus, si est ita, vocatis, qui fuerint evocandi, predictum militem, quod huiusmodi iuramentum relaxet, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellens venditione non obstante predicta audias causam et appellatione remota etc.

a) *statt* venditione

1 *Veroli (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*

## 251.[a]

Iud. Conquesti sunt nobis ..[b] magister et fratres domus leprosorum de .., quod, cum I. de .. laicus eidem domui obtulerit se ac sua et emisso continentie voto sollempniter predicte domui vinculo professionis se duxerit astringendum, idem ad seculum dampnabiliter rediens id efficere denegat, ut tenetur, in anime sue periculum et scandalum plurimorum. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *nur ein Punkt*

## 252.[a]

Iud. G. clericus .. ecclesie nobis conquerendo monstravit, quod .. rector eiusdem ecclesie .. diocesis, in qua distincta beneficia non existunt nec certus numerus clericorum habetur, in ipsa sibi providere de beneficio non procurat, quamquam ad id ipsius ecclesie suppetant facultates. – partibus convocatis.

a) *Überschrift fehlt*

## 253. De theologia.

.. Episcopo .. Cum dilectus filius .. rector ecclesie .. cupiat, sicut asserit, ad theologice facultatis studium se transferre, mandamus, quatinus, si cognoveris, quod sit docilis et habeat animum ad studendum,[a] eidem huiusmodi studio

insistenti facias proventus suos ecclesiasticos iuxta constitutionem a felicis recordationis H. papa,[1] predecessore nostro, super hoc editam integre ministrari. Contradictores etc.;[2] proviso, ne in fraudem constitutionis eiusdem aliquid attemptetur et quod interim eidem ecclesie per idoneum vicarium serviatur.

[a)] *zweites* u *aus* a *korrigiert, Texttinte*

[1] *Es handelt sich wohl um die Dekretale Honorius' III. X 5.5.5 (Potthast 6165). Vgl. dazu auch c. 18 Conc. Lat. III = X 5.5.1.*
[2] *Nach Herde, Audientia 2,603f. Q 23,52 zu ergänzen.*

## 254.[a]

.. clericus sua nobis conquestione monstravit, quod .. cancellarius Baiocen.[1] ecclesiam de .., ad quam vacantem fuerat a veris patronis ipsius venerabili fratri nostro .. Baiocen. episcopo, loci diocesano, canonice presentatus, Willelmo clerico .. diocesis de facto cum de iure nequiverit[b] conferre presumpsit, qui eam detinet in ipsius .. preiudicium occupatam. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *wohl statt* nequiter

[1] *Bayeux (Calvados).*

## 255. Super absolutione monachorum.

.. Episcopo .. et dilecto filio .. abbati .. Exhibita nobis, fili abbas, tua petitio continebat, quod nonnulli monasterii tui canonici et conversi pro violenta
f. 74v iniectione | manuum in se ipsos vel religiosos alios seu clericos seculares civitatis et diocesis .. et quidam pro detentione proprii, alii etiam pro denegata tibi et predecessoribus tuis obedientia seu conspirationis offensa in excommunicationis laqueum inciderunt, quorum canonicorum quidam divina celebrarunt officia et receperunt ordines sic ligati. Quare super hiis eorum provideri saluti a nobis humiliter postulasti. De vestra itaque circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes discretioni vestre presentium auctoritate concedimus, ut eosdem excommunicatos hac vice absolvatis ab huiusmodi

excommunicationum sententiis iuxta formam ecclesie vice nostra, iniungentes eis, quod de iure fuerint iniungendum, proviso, ut hii, qui pro violenta iniectione manuum fuerint excommunicatione ligati, passis iniuriam satisfaciant competenter, et si aliquorum fuerit gravis et enormis excessus, illos mittatis ad sedem apostolicam absolvendos. Cum illis autem, qui facti immemores vel iuris ignari, absolutionis beneficio non obtento receperunt ordines et divina officia celebrarunt, iniucta eis pro culpe modo penitentia competenti eaque peracta liceat vobis de misericordia, que superexaltat iudicium,[1] prout eorum saluti expedire videris, dispensare. Si vero prefati excommunicati scienter talia presumpserunt, eos[a] per biennium ab ordinum executione suspensis et imposita ipsis penitentia salutari eos, si postmodum fuerint bone conversationis et vite, ad dispensationis gratiam admittatis; proprium autem, si quod habent dicti canonici et conversi, in tuis, fili abbas, facias manibus resignari in utilitatem dicti monasterii convertendum.

[a)] o *aus* i *korrigiert, Texttinte*

[1] Vgl. *Jac. 2, 13: Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia iudicium.*

## 256. Super monachatu.

.. Abbati et conventui. Cum dilectus filius .. clericus cupiat, sicut asserit, in monasterio[a] vestro una vobiscum sub regulari habitu perpetuo domino famulari, universitatem vestram rogandam duximus et monendam mandantes, quatinus ipsum ob reverentiam apostolice sedis et nostram recipientes in monachum et in fratrem sincera eum in domino caritate tractetis.

[a)] m *korrigiert, Texttinte*

## 257. De reclusorio.

.. Episcopo. Cum dilectus filius .., lator presentium, in angustiis reclusorii carnem suam affligere cupiat, sicut dicit, mandamus, quatinus, si eius saluti expedire videris, ei locum ad hoc in civitate vel diocesi tua provideas oportunum.

### 258. Quod recipiantur ad servitium infirmorum.

Magistro et fratribus domus .. Cum dilectus filius .. clericus, lator presentium, cupiat, sicut asserit, domus vestre pauperibus, immo in ipsis domino famulari,
f. 75r universitatem vestram | rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus ipsum in vestrum socium recipiatis ad servitium domus vestre ac sincera in domino caritate tractetis.

### 259. Quod recipiatur salva ordinis disciplina.

.. Abbati et conventui .. Cum dilectus filius .. monachus vester, lator presentium, qui, sicut asserit, monasterium vestrum exivit animi levitate, ad ipsum desideret cum humilitate redire, devotionem vestram rogandam duximus et monendam mandantes, quod ob reverentiam apostolice sedis et nostram eundem ad vos humiliter redeuntem recipiatis salva ordinis disciplina et sincera tractetis in domino caritate.

### 260. Super eodem, quando iterum scribitur.

Abbatisse et conventui .. Cum vobis olim dederimus nostris litteris in mandatis, ut C. monacham vestram, latricem presentium, que de vestro exivit monasterio animi levitate, ob reverentiam apostolice sedis et nostram reciperetis salva ordinis disciplina, vos, quod mandavimus, efficere hactenus non curastis. – mandamus, quatinus ipsam ad vos humiliter reddeuntem[a] ob reverentiam apostolice sedis et nostram secundum precedentis mandati nostri tenorem recipiatis benigne et sincera caritate tractetis.

[a)] redeuntem

### 261. Preceptoria, quod recipiatur ad servitium infirmorum.

.. Magistro et fratribus domus leprosorum de .. Dilecta in Christo filia B. pauper vidua constituta in presentia nostra sua nobis petitione monstravit, quod, cum vobis pro ea direxerimus scripta nostra, ut ipsam ad servitium pauperum et infirmorum reciperetis in sociam et sororem, vos mandatum nostrum surdis auribus transeuntes id efficere hactenus non curastis. Ideoque

universitati vestre per iterata scripta precipiendo mandamus, quatinus saltim[a] hac vice recipiatis eandem iuxta priorum continentiam litterarum.

[a)] *statt* saltem

### 262. Contra inobedientes abbati suo.

.. Priori .. ordinis sancti Augustini nobis conquerendo monstravit, quod .. et quidam alii canonici eiusdem ecclesie .. diocesis debitam obedientiam et reverentiam sibi denegant exhibere. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos canonicos, ut eidem priori obedientiam et reverentiam exhibeant, ut tenentur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas.

### 263. Forma domini G. de fugitivis.

.. Archiepiscopo .. Dilectus filius Petrus presbiter, canonicus monasterii .. ordinis sancti Augustini nobis humiliter supplicavit, ut, cum ad monasterium, a quo exivit animi levitate, cupiat cum humilitate reddire,[a] ipsum in eo recipi mandaremus. Cum autem felicis recordationis G. papa, predecessor noster, duxerit statuendum etc.[1]

[a)] *statt* redire

[1] *Vgl. die Dekretale Gregors IX. X 3.31.24 (Potthast 9651).*

### 264. Super eodem.[1]

Prepositis presidentibus capitulo prepositorum ordinis humiliatorum provincie Mediolanen. Guillelmus frater domus sancti Michaelis de .. ordinis vestri ..
f. 75v diocesis in nostra presentia | constitutus nobis humiliter supplicavit, ut, cum ad domum ipsam, a qua, sicut asserit, a .. eiusdem preposito sine causa rationabili est eiectus, cupiat cum humilitate reddire,[a] ipsum ibidem recipi mandaremus. Cum autem felicis recordationis G. papa, predecessor noster, duxerit statuendum,[2] ut presidentes capitulis celebrandis seu patres prepositi fugitivos et eictos[b] de ordine suo requirant sollicite annuatim, ita quod, si in domibus

suis recipi possunt secundum ordinem regularem, eorum preposito[c] ad receptionem cogantur ipsorum salva ordinis disciplina. Quod, si hoc ordo non patitur, auctoritate nostra provideant, ut, si absque gravi scandalo[d] fieri poterit, absque[e] domus suas[f] in locis competentibus, alioquin in reliosis[g] domibus eiusdem ordinis ad agendum ibi[h] penitentiam ei vite necessaria[i] ministrentur etc. mandamus, quatinus circa prefatum G. statutum faciatis huiusmodi conservari.

a) *statt* redire b) *statt* eiectos c) o *korrigiert, Texttinte, wohl statt* prepositi d) scscandalo, s- *expungiert* e) *statt* apud f) *statt* domibus suis g) *statt* religiosis h) *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte* i) ece *auf Rasur, Texthand, Texttinte*

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,341f. K 195a, 368f. K 220 u. K 221.*
[2] *Vgl. die Dekretale Gregors IX. X 3.31.24 (POTTHAST 9651).*

## 265. [a]

Abbatibus presidentibus capitulo abbatium ac priorum ordinis sancti Benedicti provincie Rothomagen.[1] Robertus de .. monachus monasterii .. ordinis sancti Benedicti .. diocesis nobis humiliter supplicavit, ut, cum illud, a quo, sicut asserit, exivit animi levitate, cupiat cum humilitate reddire,[a] ipsum ibidem etc. ut in alia usque in finem verbis competenter mutatis.[2]

a) *Überschrift fehlt* b) redire

[1] *Rouen (Seine-Maritime).*
[2] *Nach Nr. 259 zu ergänzen.*

## 266.[a]

Iud. Sua nobis .. rector[b] hospitalis .. ordinis sancti Augustini petitione monstravit, quod .. presbiter, frater hospitalis ipsius, ab eo, in quo professionis vinculo est astrictus, animi exiens levitate ac extra hospitale ipsum dampnabiliter moram trahens reddire[c] ad illud recusat pro sue libito voluntatis in animе sue periculum et grave scandalum aliorum. – mandamus, quatinus, si est ita, prefatum presbiterum, ut ad hospitale predictum redeat, ut tenetur, sub

eiusdem rectoris obedientia moraturus monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis.[d]

a) *Überschrift fehlt* b) *interlinear darüber* va c) *redire*
d) *interlinear darüber* cat, *Tilgung des gesamten Stückes durch übergeschriebenes* vacat

## 267. Quod vagabundus cogatur redire ad monasterium.

Iud.[a] Sua nobis .. rector hospitalis .. ordinis sancti Augustini petitione monstravit, quod .. presbiter, frater hospitalis ipsius, ab eo, in quo[a] professionis vinculo est astrictus, animi exiens levitate ac extra hospitale ipsum dampnabiliter moram trahens redire ad illud recusat pro sue libito voluntatis in anime sue periculum et graves[b] scandalum aliorum. – mandamus, quatinus, si
f. 76r est ita, prefatum presbiterum, ut ad hospitale ipsum redeat, ut tenetur, sub | eiusdem rectoris obedientia moraturus monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis.

a-a) *auf Rasur, Texthand, Texttinte* b) *statt* grave

## 268. Quod abba[a] recipiat monachum, quem eiecit.

.. Abbati .. conventus. In presentia nostra .. monasterii tui monachus nobis exposuit conquerendo, quod tu ipsum ab eodem monasterio absque causa rationabili eiecisti. – mandamus, quatinus monachum memoratum recipias salva ordinis disciplina et fraterna in domino caritate pertractes.

a) *statt* abbas

## 269. De novitiis.

.. Decano Bisuntin.[1] .. de .. laicus proposuit coram nobis, quod, cum ipse olim infra tempora pubertatis existens monasterium de ... ordinis .. diocesis intravisset et moram aliquamdiu traxisset ibidem, tandem, antequam quartumdecimum annum complesset, nulla facta professione monasterium ipsum exivit. Quia vero ecclesia Bisuntin. vacat ad presens,[2] mandamus,

quatinus inquisita super hoc diligentius veritate, si rem inveneris ita esse, denunties eundem laicum ad regularem propter hoc observantiam non teneri.

[1] *Besançon (Doubs).*
[2] *Für die Vakanzen vgl. GAMS 515; EUBEL 1,137.*

## 270. De novitiis.[1]

.. Episcopo. Dilectus filius .. diaconus proposuit coram nobis, quod dudum ipse monasterium de .. ordinis sancti Augustini tue diocesis ea intentione intravit, ut, si post experientiam observantie regularis ei placeret ordinis disciplina, se vinculo professionis astringeret, alioquin liberum haberet arbitrium ad statum pristinum revertendi. Verum, cum ipse asperitati regularis observantie non applicaret affectum, nulla professione prehabita exinde infra tempus probationis exivit. Quare supplicavit sibi apostolice sedis providentia subveniri. Quia vero de facto et facti circumstantiis tu habere poteris notitiam pleniorem, – mandamus, quatinus, nisi de prefato .. per religionis habitum, qui dari profitentibus consuevit, aut professionem expressam seu alias evidenter appareat, quod absolute voluerit vitam mutare ac in religione perpetuo famulari, reputes eundem per premissum statum novicii ad regularem observantiam non teneri.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed. HERDE, Audientia 2,385f. K 230.*

## 271. Quod recipiatur in monialem.

.. Abbatisse et conventui .. Mundane conversationis illecebras et seculi vanitates abicere cupiens dilecta in Christo filia .. soror dilecti filii fratris Dominici de ordine fratrum Minorum vestrum monasterium preelegit, in quo una vobiscum sub regulari habitu desiderat, sicut asserit, habitare conclusa corpore, ut mente libera domino famuletur. Nos igitur eius pium propositum in domino commendantes universitatem vestram rogamus, monemus, et hortamur attente ac per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus ipsam ob divinam reverentiam et apostolice sedis et nostram recipiatis in monacham et sororem et

sincera tractetis in domino caritate, statuto, quod habere dicimini, de certo sororum numero non obstante.

### 272. Quod quedam nobilis monialis habeat monasterium suum recommendatum.

Nobili mulieri .. Etsi mundanis spretis illecebris, ut mediteris secus pedes domini cum misericordia[a] Iesu Christi obsequio totaliter te devoveris in abiectione voluntarie paupertatis, quia tamen et ipse dominus Marthe non recusavit obsequium exemplo, cui utpote a maritudinem designantis circa
f. 76v temporale commodum loci, in quo domino famularis solli|cita penes retributorem[b] bonorum omnium peteris promereri, devotionem tuam rogamus, monemus et hortamur attente in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatinus de statu et utilitate dicti loci sollicite curam geras patris ac fratrum tuorum animos sedulis exhortationibus inclinando.

a) m *aus* Q *korrigiert, Texttinte* b) *statt* retributione

### 273.[a]

.. Abbatisse et conventui. .. cupientibus e seculi tumultibus elongari, ut vacando contemplatio in celestium experiantur, quam suavis est dominus libenter favorem apostolicum impertimur.

a) *Überschrift fehlt*

### 274. De eo, qui vult transire de mitiori ad artiorem ordinem.

Cum dilectus filius .. conversus monasterii de .. Premonstratensis ordinis ad frugem melioris vite aspirans de licentia sui abbatis, ut asserit, ad vestrum ordinem desideret se transferre, nos eius precibus favorem benivolum impendentes universitatem vestram rogandam duximus et monendam mandantes, quatinus ipsum de sui abbatis licentia in conversum vestrum recipiatis et fratrem et sincera tractetis in domino caritate.

## 275. Preceptoria super monachatu.

.. Abbatisse et conventui. Dilecta in Christo filia e.[a] pauper puella litterata sua nobis petitione monstravit, quod, cum olim vobis pro ea direxerimus scripta nostra, ut ipsam reciperetis in monacham et sororem, vos mandatis nostris penitus obauditis id efficere non curastis. Quocirca universitati vestre per iterata scripta precipiendo mandamus, quatinus ipsam in vestram monacham et sororem iuxta priorum litterarum continentiam admittentes sincera eam in domino caritate tractetis.

a) *statt* E.

## 276. Preceptoria.

.. Episcopo. Cum primo ac postmodum nostris dederimus litteris, ut C. pauperem mulierem in domo dei[a] sancti .. ad servitium pauperum et infirmorum eiusdem recipi faceres in sororem et sincera in domino caritate tractari, tu illud hactenus efficere[b] non curasti, prout eius labor ad nos indicat triplicatus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus ipsam in predicta domo ad servitium pauperum eorundem recipi facias iuxta priorum continentiam litterarum.

a) *Lesung unsicher* b) i *aus* e *korrigiert, Texttinte*

## 277. In virtute obedientie.

..[a] Abbati et conventui .. Cum olim pro dilecto filio .. clerico semel et iterum vobis dederimus nostris litteris in mandatis, ut ipsum ob reverentiam apostolice sedis et nostram in monasterio vestro una vobiscum cupientem domino deservire sub habitu regulari reciperetis in monachum et in fratrem, vos mandatum nostrum surdis auribus transeuntes id efficere non curastis, sicut eiusdem labor ad nos indicat iteratus. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandamus, quatinus eundem .. saltem hac vice recipiatis iuxta priorum continentiam litterarum et fraterna in domino caritate tractetis.

[a] *nur ein Punkt*

## 278. De sententia excommunicationis lata sine scriptis.

Iud. .. laicus, quod, cum .. mulier .. diocesis ipsum super eo, quod petebat eundem in virum suum coram .., ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine cognitionem[a] causarum matrimonialium dicti
f. 77r loci pertinere dignoscitur, traxisset[b] | in causam idem decanus in eum excommunicationis sententiam sine scriptis post constitutionis nostre promulgationem nulla competenti monitione sine causa rationabili fulminavit, propter quod ipse ad nostram duxit audientiam appellandum. – mandamus, quatinus, si[c] est ita, dictam sententiam sine difficultate qualibet relaxantes contra prefatum decanum iuxta tenorem constitutionis ipsius, sicut iustum fuerit, procedatis, contradictores etc.

[a] cognito *mit Kürzungsstrich über* to [b] in causam *Reklamant* [c] *aus* sn *korrigiert*, *zweiter Schaft des* n *expungiert*

## 279. Super eodem.

Iud. Sua nobis .. laicus[a] petitione monstravit, quod .. cantor ecclesie Carnoten.[1] in eum excommunicationis sententiam sine scriptis post constitutionis nostre promulgationem nulla competenti monitione premissa sine causa rationabili auctoritate propria fulminavit. Quare idem laicus ad nostram super hoc duxit providentiam recurrendum. – mandamus, quatinus, si est ita, dictam sententiam sine difficultate qualibet relaxantes contra prefatum cantorem iuxta[b] tenorem constitutionis ipsius, sicut iustum fuerit, procedatis, contradictores etc.

[a] *aus* laicuis *korrigiert*, *zweites* i *expungiert* [b] x *korrigiert, Texttinte*

[1] *Chartres (Eure-et-Loir).*

## 280. Matrimonium.[1]

.. Episcopo. I. laicus nobis exposuit conquerendo, quod, cum ipse cum .. muliere .. diocesis in facie ecclesie per verba de presenti legitime contraxisset, eadem ab ipso non patitur se traduci ... et quibusdam aliis id presumentibus

temere impedire. – mandamus, quatinus, si est ita, dictam mulierem, ut se ab eodem .. traduci permittat, et eosdem ..., ut ab huiusmodi impedimento desistant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione remota compescas.

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,300 K 155.*

### 281. Contra impedientes matrimonium.

Iud. H. laicus nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse cum Ysabella muliere tue diocesis per verba contraxerit de futuro, G. de .. miles .. diocesis, ne matrimonium huiusmodi valeat inter eos in ecclesie facie consumari, contra iustitiam impedire presumit. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

### 282. Matrimonium.

.. Episcopo. N. laicus nobis exposuit conquerendo, quod, cum ipse cum .. muliere .. diocesis per verba contraxerit de presenti, fuissetque postmodum inter eos carnalis copula subsecuta, eadem mulier sine causa rationabili ab eo propria temeritate recedens coniugales affectus sibi denegat exibere.[a] – mandamus, quatinus, si est ita, prefatam mulierem, ut ad[b] eundem[c] N. virum suum redeat eique coniugales[d] affectus exhibeat, ut tenetur, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota iustitia mediante compellat.

[a] exhibere [b] a *korrigiert, Texttinte* [c] e- *korrigiert, Texttinte*
[d] con-*Kürzung aus* q *korrigiert, Texttinte*

### 283. Quando post[a] divortium vir detinet dotem.

Iud. .. mulier, quod, cum .. laicus .. diocesis sit ab ea, cum qua matrimonium contraxerat[b] iudicio ecclesiastico propter affinitatis impedimentum legitime separatus, nichilominus dotem suam contra iustitiam detinet et sibi reddere contradicit. – partibus convocatis.

[a] *folgt* i *expungiert* [b] ra *korrigiert, Texttinte*

## 284. Quod dimissa religione redeat ad uxorem.[a]

.. Episcopo .. mulier nobis exposuit conquerendo, quod Iohannes dictus .., vir
f. 77v suus, .. diocesis ab ea sine rationabi|bili[b] causa recedens ipsa ignorante renitente penitus et invita ordinem fratrum Predicatorum intravit, in quo per IIII[or] menses et amplius moram traxit. – mandamus, quatinus, si est ita, dictum I., quod ad eandem B. redeat et ipsam maritali, ut tenetur, affectione pertractet, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat.

a) *Überschrift auf f. 77v* b) *statt* rationabili

## 285. De sententia excommunicationis lata in absentes.

Iud. Sua nobis .. maior et scabini Belnen.[1] petitione monstrarunt, quod venerabilis frater noster .. Eduen.[a] [2] episcopus proponens eosdem quedam dolia confregisse et vinum, quod erat Eduen. capituli, inter repositum effundisse, in ipsos propter hoc non monitos, non confessos nec convictos nec se per contumaciam absentantes excommunicationis sententiam auctoritate propria promulgavit. – partibus convocatis.

a) n *aus* h *korrigiert, Texttinte*

1 *Beaune (Cote d'Or).*
2 *Autun.*

## 286. Quando clericus trahitur super spiritualibus coram iudice seculari.

Iud. .. rector ecclesie de .. nobis conquerendo monstravit, quod .. prior et conventus de Lenton.[1] Cluniacen.[2] ordinis .. diocesis ipsum super decimis et rebus aliis ad forum ecclesiasticum pertinentibus trahunt ad iudicium seculare, propter quod dampna gravia et expensas non modicas se asserit incurrisse. – partibus convocatis.

1 *Kloster Lentone (Diöz. York). Nachweise: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 925, 2488.*
2 *Cluny (Saône-et-Loir).*

### 287. Contra executores testamenti.

Iud. Thomas de .. laicus nobis conquerendo[a] monstravit, quod .. precentor Eboracen.[1] et alii executores testamenti quondam .. quandam pecunie summam et res alias, in quibus dictus .., dum adhuc viveret, tenebatur eidem et de quibus per manus eorum sibi satisfieri mandavit contra iustitiam detinent et ei solvere contradicunt, licet ad id bona sufficiant testatoris. – partibus convocatis.

[a] q *aus* d *korrigiert, Texttinte*

[1] *York (Yorkshire).*

### 288. Contra executores.

Iud. Sua nobis Willelmus de .. laicus conquestione monstravit, quod Gaufridus et alii executores testamenti quondam .. matris eius, cuius idem heres existit, quandam quantitatem bladi, pecunie summam et res alias spectantes ad ipsam, quas per manus eorum in pios usus erogari precepit, contra iustitiam detinentes eas, licet mandatum huiusmodi susceperint, iuxta dispositionem testatoris denegant in animarum suarum periculum erogare, propter quod pia etc. – partibus convocatis.

### 289. Contra executores.

Iud. Dilectus filius .. decanus et alii executores testamenti quondam Guillelmi de .. laici nobis conquerendo monstrarunt, quod Petrus rector ecclesie de .. et alii executores testamenti quondam magistri Nicolai de .., clerici Vigornien.[1] diocesis, quandam[a] pecunie summam, in qua dictus clericus, dum viveret, laico tenebatur eidem et de qua per manus ipsorum ei adhuc viventi satisfieri
f. 78r mandavit in ultima voluntate, contra iustitiam detinent ac | ipsam eidem decano et executoribus suis, per quorum manus nominatus laicus eam ad se spectantem in usus pios erogari precepit exhibere, indebite contradicunt, licet ad id bona sufficiant clerici supradicti. – partibus convocatis.

[a] *statt* quadam

[1] *Worcester (Worcestershire).*

### 290. Contra executores.

Iud. Willelmus pauper orphanus nobis conquerendo monstravit, quod .. et alii laici executores testamenti quondam R. de .. militis .. diocesis quandam pecunie summam et res alias, quas dictus R. ad ipsum spectantes sibi in ultima voluntate legavit et per manus ipsorum eidem dari precepit, contra iustitiam detinent et ei solvere contradicunt, licet ad id bona sufficiant testatoris. – mandamus, quatinus illos etc.

### 291. Contra[a] executores.[b]

Iud. .. rector ecclesie .. et alii executores testamenti quondam .. nobis conquerendo monstrarunt, quod .. clericus, .. laicus et quidam alii .. diocesis super quadam pecunie summa et rebus aliis, quas dictus .. ad se pertinentes per manus dictorum executorum in usus pios erogari precepit, iniuriatur[c] eisdem, quare ipsius testamenti executio impeditur. – partibus convocatis.

a) t *aus* pro-*Kürzung korrigiert, Texttinte* b) es *aus* ibus-*Kürzung korrigiert, Texttinte; vorher stand also hier* pro executoribus c) *statt* iniuriantur

### 292. Contra homines, qui subtrahunt se a domino[a] monasterii.

Iud. Querelam dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii de .. recepimus continentem, quod Willelmus dictus .. et quidam alii homines dicti monasterii .. diocesis se ab ipsius monasterii domino[b] temere subtrahentes debita ei et consueta servitia sibi contra iustitiam denegant exhibere in predicti abbatis et eiusdem monasterii preiudicium et gravamen. – partibus convocatis.

a) *statt* dominio b) *statt* dominio

### 293. Contra religiosos inobedientes abbati suo.

Iud. .. prior ordinis .. nobis conquerendo monstravit, quod .. et quidam alii canonici eiusdem ecclesie .. diocesis debitam obedientiam et reverentiam sibi contra iustitiam denegant exhibere. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos canonicos, ut eidem priori obedientiam et reverentiam exhibeant,[a] ut tenetur,

monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas.

[a)] x *aus* h *korrigiert, Texttinte*

### 294. Quando monachi conveniuntur super decimis contra indulta.

Iud. Abbatissa et conventus monasterii .. Cistercien. ordinis suam ad nos transmisere querelam, quod .. de .. et .. de .. ecclesiarum rectores et quidam alii clerici Leodien.,[1] Cameracen.[2] et Laudunen.[3] civitatum et diocesium quasdam decimas ab eis contra indulta privilegiorum apostolice sedis exigunt et extorquent. – partibus convocatis.

[1] *Lüttich (Liège).*
[2] *Cambrai.*
[3] *Laon.*

### 295. De spoliatione.

Iud. .. rector ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod nobilis vir B. comes de .. et quidam alii laici .. diocesis ipsum quadam quantitate frumenti et rebus aliis contra iustitiam spoliarunt et illam ei restituere contradicunt. – partibus convocatis.

### 296.[a]

.. Episcopo. Dilectus filius P. de .. miles nobis conquerendo monstravit, quod
f. 78v nonnulli laici talis | diocesis multa extorserunt ab eo per usurariam pravitatem. – mandamus, quatinus de plano sine strepitu iudicii veritate super hiis diligentius inquisita, si res ita se habet, dictos usurarios etc., ut in forma.[1] Et nota, quod mandatum huiusmodi debet scribi episcopis.

[a)] *Überschrift fehlt*

[1] *Nach Nr. 55 zu ergänzen.*

## 297. De usuris.

Iud. Margarita nobis conquerendo monstravit, quod Iohannes canonicus ecclesie .. et quidam alii clerici .. diocesis multa extorserunt tam ab ipsa quam a quondam R. patre suo, cuius heres existit, et adhuc extorquere nituntur ab ea per usurariam pravitatem. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.[1] usque aliquando ipsa vel dictus pater eius extorsit usuras cum frustra etc.[2]

[1] *Nach Ottob. lat. 762 Nr. 92 u. HERDE, Audientia 2,118 K 18 zu ergänzen.*
[2] *Nach Ottob. lat. 762 Nr. 92 u. HERDE, Audientia 2,115ff. K 16 zu ergänzen.*

## 298. Contra Iudeos.

Iud. .. clericus nobis conquerendo monstravit, quod .. et quidam alii Iudei .. civitatis et diocesis quandam pecunie summam sibi debitam contra iustitiam detinent et ei solvere contradicunt. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos, ut ei de[a] pecunia ipsa satisfaciant, ut tenentur, per subtractionem communionis fidelium appellatione remota cogatis.

[a]) dei, i *expungiert*

## 299. Contra Iudeos.

Iud. .. accepimus conquerente, quod .. et quidam alii Iudei Londonien.[1] graves et inmoderatas ab eo extorserunt et adhuc extorquere nituntur usuras. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos, ut conquerenti de immoderato gravamine satisfaciant usurarum et a simili de cetero conquiescant, monitione premissa per subtractionem communionis fidelium appellatione remota cogatis. Attentius non ponatur. Testes etc.[2]

[1] *London.*
[2] *Vgl. Ottob. lat. 762 Nr. 57; HERDE, Audientia 2,69 K 62 Zusatz 1)9, 125 K 19i u. 142 K 30ba)16.*

## 300. Contra Iudeos.[1]

Iud. .. rector .. ecclesie, quod .. et quidam alii Iudei in parrochia ipsius ecclesie habitantes[2] de proventibus et possessionibus, quas a Christianis in eadem

parrochia devenerunt ad ipsos, de decimis et oblationibus debitis eidem ecclesie satisfacere contradicunt, in ipsius rectoris preiudicium et gravamen.[3] – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos ad debitam satisfactionem decimarum et oblationum ipsorum monitione premissa per subtractionem etc.[4]

[1] *Vgl. ähnliche Formeln im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,283 K 133 u. 673 QV 395c.*
[2] *Über die im Formularium audientie üblichen Bezeichnungen von Juden vgl.* HERDE, *Audientia 1,195f.; 2,35 N 10.*
[3] *Vgl. X 3.30.16 (Alexander III. = JL 13975).*
[4] *Nach Nr. 298, 299 bzw.* HERDE, *Audientia 2,283 K 133 zu ergänzen.*

## 301. Contra Iudeos.[1]

Iud. .. nobis conquerendo monstravit, quod A. et quidam alii Iudei .. diocesis quasdam terras et alias res ipsius titulo pignoris detinent obligatas, licet etc.[2] – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos, ut prefato .. de immoderato etc.[3]

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,673f. QV 395d.*
[2] *Nach* HERDE, *Audientia 2,161 K 38 zu ergänzen: „licet ex eis perceperint ultra sortem".*
[3] *Nach* HERDE, *Audientia 2,161 K 38 zu ergänzen und wohl zu verbessern: „dictos Iudeos, ut sua sorte contenti pignora ipsa et quicquid ultra sortem immoderate perceperunt ex eis, restituant conquerenti, monitione premissa per subtractionem communionis fidelium".*

## 302. Contra Iudeos.[1]

.. Episcopo. Licet in sacro generali concilio provida fuerit deliberatione statutum, ut Iudei a Christianis qualitate habitus distinguantur, ne illorum isti vel istorum illi[a] mulieribus possint dampnabiliter commisceri,[2] Iudei tamen .. civitatis et diocesis statutum huiusmodi, sicut accepimus, non observant, f. 79r propter quod dampnate commiscionis[b] excessus sub erroris potest | velamento presumi. Volentes igitur statutum ipsum firmiter observari – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos, ut ad deferendum signum, quo a Christianis qualitate habitus distinguantur, monitione premissa per subtractionem communionis fidelium sublato appellationis impedimento compellas. Nota, quod super hoc scribitur diocesano episcopo et non alii.

[a] ll *auf Rasur, Texttinte* [b] sci *aus* xi *korrigiert, Texttinte*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,295 K 150.*

[2] *c. 68 Conc. Lat. IV = X 5.6.15.*

### 303. Contra Iudeos.

Iud. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod, licet .. abbas et conventus monasterii de .. ordinis sancti Benedicti ... et quibusdam aliis Iudeis .. diocesis de sorte cuiusdam quantitatis pecunie, in qua tenebantur eisdem, debitam satisfactionem impenderent et, si aliquid de sorte predicta desit, illud ipsis restituere sint parati, nichilominus tamen dicti Iudei instrumenta super pecunia confecta eisdem abbati et conventui restituere denegant, nisi prius sibi plena exhibeatur satisfactio de usuris. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos Iudeos, ut sua sorte contenti instrumenta predicta restituant et ab usurarum exactione desistant, monitione premissa per subtractionem communionis fidelium etc.[1]

[1] *Nach Nr. 298, 299 zu ergänzen.*

### 304. Contra populum nolentem respondere de spiritualibus.

Iud. Venerabilis frater noster .. episcopus Melden.[1] sua nobis conquestione monstravit, quod, licet cognitio causarum spiritualium ville de .. sue diocesis de iure communi pertineat ad eundem, clerus[a] tamen et populus dicte ville super hiis respondere coram eo indebite contradicunt. – partibus convocatis.

[a)] *darüber überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen*

[1] *Meaux (Seine-et-Marne).*

### 305.[a]

Iud. Thomas de .. pauper clericus .., quod, cum ipse venerabili fratri nostro .. episcopo tunc electo et capitulo diu servierit fideliter et devote ipsorum negotia in Romana curia procurando et quedam pro questionis[b] ibidem expediendis negotiis de proprio expenderit pecunie quantitatem ac aliam a quibusdam mercatoribus de mandato eorum receperit mutuo sub usuris, iidem episcopus et capitulum nec de promissa sibi pro labore mercede nec etiam adhuc ei de

utraque pecunia satisfacere curaverunt, quare ipse dampna[c] gravia et expensas non modicas se asserit incurrisse. – mandamus, quatinus, partibus convocatis.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *stark gekürzt* [c)] *durch Umstellungszeichen aus* dampna ipse *korrigiert*

306.[a]

Idem, quod, cum ipse .. abbati et conventui .. militi et quibusdam aliis clericis et laicis .. diocesis diu servierit fideliter et devote, iidem promissam sibi pro labore mercedem eam[b] contra iustitiam denegant[c] exhibere. – partibus convocatis.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] eam *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich; Kürzungsstrich durchstrichen; statt* ei [c)] deneganti, i *expungiert*

307. De eo, qui decipitur ultra dimidiam iusti pretii.

Iud. Dilectus filius N. canonicus ecclesie Reatin.[1] nobis exposuit, quod, cum ipse olim fructus cuiusdam terre ad ipsum ratione prebende sue ipsius ecclesie pertinentes B. civi Reatino vendidit[a] pro quadam pecunie quantitate, in quorum
f. 79v ven|ditionem ultra dimidiam iusti pretii,[b] asserit, se deceptum. Quare prefatus canonicus nobis humiliter supplicavit, ut eundem civem compelli mandaremus ad restituendum sibi fructus ipsos, recepto pretio, quod pro eis canonicus ipse recepit, vel ad supplendum ei, quod de iusto pretio venditionis tempore constiterit defuisse. – partibus convocatis.

[a)] *statt* vendiderit [b)] sicut *zu ergänzen*

[1] *Rieti.*

308. Quando firmarius non vult satisfacere de firma.

Iud. .. rector .. ecclesie, quod, cum ipse .. priori et conventui .. diocesis ecclesiam ipsam concessisset ad firmam pro quadam pecunie quantitate, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, prefati prior et conventus de

firma ipsa duabus marcis annuatim indebite subtractis eidem nichilominus de anno preterito de firma eadem sibi solvere curaverunt. – partibus convocatis.

### 309. Quando pretextu feudalis receptionis detinet terras pignori obligatas.

Iud. .. nobilis conquerendo monstravit, quod .. miles et quidam alii laici .. diocesis quasdam terras, possessiones et alias res ipsius pretextu feudalis receptionis in fraudem usurarum simulate concepte titulo pignoris detinet obligatas, licet etc. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.

### 310. Quando episcopus compelit[a] abbatem et conventum ad procurationes de censibus.

Iud. Querelam .. abbatis et conventus abbatis[b] .. recepimus continentem, quod venerabilis frater noster ..[c] episcopus et archidiaconus Astoricen.[1] compellunt abbatem et conventum eosdem sibi procurationes de censibus, quos ipsi a tempore, cuius non extat memoria, libere ab eorum ecclesiis ratione iuris patronatus, quod in[d] eisdem obtinent, perceperunt et percipiunt, contra iustitiam exhibere in dictorum abbatis et conventus preiudicium non modicum et gravem[e] eiusdem monasterii lesionem. – partibus convocatis.

a) compellit b) *statt* monasterii c) *nur ein Punkt* d) n *aus* m *korrigiert, Texttinte* e) vem *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich*

1 *Astorga (Prov. Léon).*

### 311. Pro patronis contra episcopum, qui aggravat ecclesias suas et excommunicat parrochianos accedentes ad ipsas.

Iud. Querelam dilecti filii ..[a] abbatis et conventus monasterii .. recepimus continentem, quod venerabilis frater noster .. Grassen.[1] episcopus sancti Honorati Grassen. et quasdam alias ecclesias spectantes immediate ad idem[b] monasterium indebitis exactionibus aggravas[c] et molestans in rectores et capellanos eorum excommunicationis ac in ipsas ecclesias interdicti sententias post appellationem ad nos legitime interiectam sine causa rationabili

promulgavit parrochianos ecclesiarum ipsarum, qui ad eas pro divinis accederent officiis audiendis excommunicationis vinculo nichilominus pro sue
f. 80r libito[d] in predictorum abbatis et conventus | preiudicium non modicum et gravem ipsius monasterii lesionem. – partibus convocatis.

a) *nur ein Punkt* b) i *korrigiert, Texttinte* c) *statt* aggravans
d) voluntatis *und Verb (*inundans *o. ä.) zu ergänzen*

1 *Grasse (Alpes-Maritimes). Der Bischofssitz der Diözese Antibes-Grasse wurde durch Innocenz IV. 1244 Juli 19 von Antibes nach Grasse verlegt. Vgl.* GAMS *555;* EUBEL *1,267 Anm. 1.*

## 312. Contra episcopum non permittentem tumulari corpora decedentium in quodam monasterio.

Iud. Eorundem recepimus questionem, quod venerabilis frater noster .. episcopus corpora parrochianorum Grassen.[1] ecclesie, cum decedunt, qui apud predictum monasterium causa devotionis eligunt[a] sepulturam, illuc deferri ac eadem emulari contra iustitiam non permittit ipsaque nichilominus violenter auferri facit et in ipsius ecclesie cimiterio sepeliri in dictorum abbatis et conventus et eiusdem monasterii non modicum detrimentum. – partibus convocatis.

a) i *aus* e *korrigiert, Texttinte*

1 *Grasse (Alpes-Maritimes).*

## 313. De promissa pro labore mercede.

Iud. Querelam .. clerici recepimus continentem, quod, cum ipse .. abbatisse et conventui .. A. militi et quibusdam aliis clericis et laicis .. diocesis diu servierit fideliter et devote ipsorum negotia tam in Romana curia quam alibi procurando, iidem sibi pro huiusmodi servitio mercedem ei debitam exhibere ac pro laboribus et expensis, quas ipsius pretextu servitii se asserit incurrisse, satisfacere indebite contradicunt. – partibus convocatis.

### 314. Quando procurator petit expensas, quas fecerat in negotiis dominorum.

Iud. Dilectus filius G. canonicus Foren.,[1] capellanus bone memorie I. episcopi Tusculan.[2] nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipsi[a] ad mandatum magistrorum I. officialis, G. scolastici et quorundam aliorum canonicorum Remen.[3] pro negotio postulationis facte de bone memorie .. Leodien.[4] episcopo in ecclesia Remen.[b] procurator eorum ad apostolicam sedem accedens quandam expenderit pecunie quantitatem, iidem sibi de ipsa pecunia, ut tenentur, satisfacere contradicunt. – partibus convocatis.

[a] *statt* ipse [b] *erstes* e *aus* o *korrigiert, Texttinte*

[1] *Es handelt sich möglicherweise um die Grafschaft Forez am Oberlauf der Loire (Loire).*
[2] *Frascati (Tusculum, abgeg. sö. von Rom, Prov. Rom). In Frage kommt Jacobus de Vitriaco (1228-1240). Vgl. EUBEL 1,38.*
[3] *Reims (Marne).*
[4] *Lüttich (Liège).*

### 315. Quia noluit facere copiam communium actorum.

Iud. Significavit nobis Petrus Martini clericus ecclesie sancti Adriani de .., quod, cum inter ipsum et P. Andree clericum .. diocesis super beneficio suo ipsius ecclesie coram .. abbate sancti Augustini eiusdem diocesis auctoritate venerabilis fratris nostri .. episcopi, loci diocesani, questio verteretur, idem Petrus ex eo sentiens indebite se gravari, quod iudex ipse communium actorum copiam, quam numquam habuerat, dicto P. exhibitam concedere contra iustitiam recusabat, nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. audias causam etc., alioquin etc.

### 316. Quod quidam iniectores manuum in clericum denuntientur.

Iud. Sua nobis dilectus filius Hugo canonicus ecclesie .. petitione monstravit, quod, cum idem super assecutione cuiusdam prebende in ecclesia ipsa vacantis prosequeretur ius suum coram .. officiali Meten.,[1] cui bone memorie .. Virdunen.[2] episcopus super hoc executor deputatus a nobis, dum ageret in
f. 80v extremis, commiserat vices suas, | quousque iurisdictionem ab eo duceret revocandam, Willelmus et Petrus fratres Renaldi presbiteri concanonici sui, cui

predicta prebenda de facto dicitur esse collata, et quidam alii Virdunen. civitatis et diocesis non absque consilio et mandato, ut fertur, quorundam concanonicorum ipsius ecclesie in dictum H. hostiliter irruentes ipsum[a] diris plagis et verberibus[a] inhumaniter affecerunt. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos sacrilegos, tamdiu excommunicatos publice nunties et facias ab omnibus artius evitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter et cum tuarum testimonio litterarum etc.

[a-a)] *doppelt*

[1] *Metz (Moselle).*
[2] *Verdun (Meuse).*

### 317. Quando clericus trahitur ad iudicium seculare.

Iud. Venerabilis frater noster .. episcopus Lincolnien.[1] nobis conquerendo monstravit, quod .. prior et conventus de .. .. diocesis ipsum super collatione ecclesie de .., quam contulit R. .. de .. clerico auctoritate concilii generalis,[2] et super rebus aliis ad ecclesiasticum[a] forum pertinentibus trahunt ad iudicium seculare, propter quod dampna gravia et expensas se asserit incurrisse. – partibus convocatis.

[a)] *interlinear darüber geschrieben, Texttinte*

[1] *Lincoln (Lincolnshire).*
[2] *c. 14 Conc. Lat. III; vgl. auch c. 42 Conc. Lat. IV.*

### 318. Quod excommunicavit quendam nobilem et terram eius supposuit interdicto.

Iud. Querelam nobilis viri .. recepimus continentem, quod .. archipresbiter .. diocesis in eum, in quem nullam habet iurisdictionem ordinariam vel etiam delegatam, temeritate propria excommunicationis et in terram eius interdicti sententias promulgavit. – partibus convocatis.

### 319. Quando capitulum non dat portionem de distributionibus.[1]

Iud. Rainaldus de .. canonicus ecclesie .. nobis exposuit conquerendo, quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis portionem cotidianarum distributionum sibi debitam, quamquam resideat in eadem, exhibere sibi contra iustitiam denegantes ipsum ad communes tractatus ipsius ecclesie non admittunt. – partibus convocatis.

[1] *Vgl. Nr. 218.*

### 320. Quando exigitur a rectore aliquia[a] pensio.

Iud. Querelam .. rectoris .. ecclesie recepimus continentem, quod .. prior et conventus de .., parrochiani eiusdem ecclesie Lincolnien.[1] diocesis quandam pensionem ab eo nomine illius ecclesie contra iustitiam exigentes ipsum super eadem pensione presumunt indebite molestare. – mandamus, quatinus priorem et conventum predictos, ut ad[b] ipsius exactionem[c] indebita pensionis et a rectoris eiusdem super hoc indebita molestatione desistant monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota veritate cognita compescatis.

[a] *statt* aliqua [b] *statt* ab [c] *statt* exactione

[1] *Lincoln (Lincolnshire).*

### 321. Quando aliquis non potest nancisci rem sibi concessam.

Iud. Querelam gravem dilecti filii .. decani .. recepimus continentem, quod, cum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Maguntin.[1] vacantem
f. 81r preposituram ..[a] ecclesie .. diocesis, cuius | collatio ad eundem archiepiscopum dinoscitur pertinere, sibi canonice duxerit conferendam, nobilis vir .. eiusdem diocesis ipsum, quominus nanciscatur preposinture possessionem predicte, impedit minus iuste. – partibus convocatis.

[a] *wohl versehentlich drei Punkte*

[1] *Mainz.*

322. Quando construitur[a] capella infra limites alicuius ecclesie.
Iud. .. rector ecclesie .., quod venerabilis frater noster .. episcopus quandam infra limites parrochie ipsius de novo capellam ipso rectore contradicente construxit in suum et eiusdem ecclesie preiudicium non modicum et gravamen. – partibus convocatis.

a) strui *korrigiert, Texttinte*

323. Quando episcopus non vult admittere purgationem alicuius.
Iud. Sua nobis Adam perpetuus vicarius ecclesie de .. conquestione monstravit, quod, cum venerbilis[a] frater noster .. episcopus falso sibi a quibusdam emulis vicarii eiusdem suggesto, quod idem incontinentie vitio laboraret,[b] propter hoc ipsum ad suam presentiam evocasset, licet idem A. coram eodem episcopo super[c] hoc se obtulerit canonice purgaturum, idem tamen episcopus purgationem eius recusans admittere nichilominus[d] ipsum, non convictum nec confessum ex arrupto[e] vicaria sua ipsius ecclesie pro sua spolians voluntate et illam .. clerico .. diocesis contulit, qui eam detinet in eiusdem vicarii preiudicium occupatam. – mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

a) *statt* venerabilis b) laborarete, -e *expungiert* c) super *mit zusätzlicher* us-*Kürzung* d) nichilominus *mit doppelter* us-*Kürzung*
e) arrumpto, *Kürzungsstrich über* up *durchstrichen*

324. Contra rectorectorem[a] recipientem parrochianos[b] alterius ecclesie.
Querelam dilecti filii .. rectoris .. ecclesie recepimus continentem, quod Stephanus rector capelle ... diocesis suis finibus non contentus parrochianos suos temeritate propria recipiens ad divina exhibere ipsis ecclesiastica sacramenta et eorum corpora, cum decedunt, in eiusdem ecclesie de .. cimiterio tumulare presumunt[c] in dicti rectoris preiudicium et gravem eiusdem monasterii[d] lesionem. – partibus convocatis.

a) *statt* rectorem b) no *korrigiert, Texttinte* c) *statt* presumit d) *statt* ecclesie

### 325. Quando ecclesia vacante alienantur predia eius.

Iud. .. scolasticus et capitulum .. ecclesie, quod .. decanus eiusdem ecclesie, Conradus et quidam alii .. civitatis et diocesis dicta ecclesia destituta pastore predia quedam ad mensam episcopalem spectantia eis inrequisitis ac penitus ignorantibus quibusdam laicis pro quadam pecunie summa temeritate propria obligarunt in gravem eiusdem mense ac predicte ecclesie lesionem. – partibus convocatis.

### 326. De pignoribus a tutore[a] petitis.[1]

Iud. R. clericus tutorio nomine .. pauperis orphani nobis conquerendo monstravit, quod fratres hospitalis sancti Iohannes de ... diocesis quasdam terras, possessiones et res alias eiusdem orphani titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis etc. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos etc.

[a)] ore *korrigiert, Texttinte*

[1] *Identisch mit Nr. 179.*

### 327. Contra eum, qui excommunicavit[a] aliquem, in quem non habet iurisdictionem.

Iud. R. de .. miles nobis conquerendo monstravit, quod Iohannes dictus Burel
f. 81v presbiter .. diocesis in eum, | in quem nullam habebat iurisdictionem ordinariam seu etiam delegatam, excommunicationis sententiam temeritate propria promulgavit. – partibus convocatis.

[a)] cav *korrigiert, Texttinte*

### 328. Quia nolebant exhibere promissam pro labore mercedem et satisfacere de expensis.

Iud. Arnulfus de .. sua nobis conquestione monstravit, quod, cum ipsi[a] universitati rectorum ecclesiarum .. loci .. diocesis servierit fideliter et devote ipsorum et ecclesiarum suarum negotia in Romana curia procurando, quidam

de ipsa universitate promissam sibi pro labore mercedem contra iustitiam denegant exhibere ac ei satisfacere de expensis, quas propter hoc subiit pro eisdem, super quadam pecunie summa et rebus aliis iniurantes eidem. – partibus convocatis.

[a)] *statt* ipse

## 329. Quando clerici nolunt colere[a] quibusdam abbatisse et conventui, licet percipiant proventus.[1]

Iud. Dilecta in Christo filia .. abbatissa et conventus .., quod, cum presbiteri et canonici eiusdem monasterii .. diocesis iuramento teneantur astricti dictis abbatisse et conventui celebrare divina, iidem id efficere indebite contradicunt, quamquam propter hoc deputatos eisdem percipiant cum integritate proventus. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos presbiteros et canonicos, ut eisdem abbatisse et conventui divina celebrent, ut tenentur, per subtractionem proventuum eorundem appellatione remota per censuram ecclesiasticam previa ratione compellas.

[a)] *statt* celebrare, *folgt Lücke, wohl* divinas *zu ergänzen*

[1] *Vgl. Nr. 235.*

## 330. Quando quis decipitur ultra dimidiam iusti pretii.

Sua nobis Maria Pelagii et alii eius pauperes orphani conquestione monstrarunt, quod quondam F. maritus eiusdem, cuius iidem heredes existunt, necessitate coactus quasdam possessiones … diocesis vendiderunt, in quarum venditione tam dictus F. quam ipsi heredes ultra dimidiam iusti pretii sunt decepti. – partibus convocatis.

## 331. Quando iudex adiungitur.

Iud. Sicut sua nobis .. petitione monstravit causa, que inter ipsum et ... diocesis super quadam pecunie summa et rebus aliis vertitur, tibi, fili .., ad petitionem

partis adverse commiserimus terminandam, ut iudicium sine suspitione procedat, te, fili .., obtentu partis alterius decisioni cause ipsius duximus adiungendum. Ideoque mandamus, quatinus in eadem causa etc.

### 332. Contra hostiliter accedentes ad quandam villam.

Iud. Abbas et conventus .., quod nobilis vir M. de ... diocesis ad villas ipsorum de .. et de .. cum effrenata multitudine militum et aliorum, quos[a] illuc secum adducit, accedens, bona hominum ibidem existentium consumit enormiter in ipsius monasterii non modicam lesionem. – partibus convocatis.

[a)] s *korrigiert, Texttinte*

### 333. De spoliatione.[1]

Iud. .. Abbas et conventus .. Cistercien. ordinis, quod venerabilis frater noster
f. 82r .. episcopus ipsos ecclesia de .. | ad eos pleno iure spectante, quam obtinuerunt, antequam susciperent Cistercien. ordinis instituta, contra iustitiam spolians ipsam N. presbitero .. diocesis contulit, qui eam detinet in eorum preiudicium et gravamen. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[1] *Identisch mit Nr. 242.*

### 334. De procurationibus.[1]

Iud. Dilectus filius .. archipresbiter ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse de antiqua et approbata consuetudine ac hactenus pacifice observata archipresbiteratum suum eiusdem ecclesie singulis annis debeat visitare, .. prior de ... rector .. ecclesie et quidam alii clerici ecclesiarum ipsius archipresbiteratus .. diocesis procurationes ratione visitationis sibi debitas ei contra iustitiam denegant exhibere. – partibus convocatis.

[1] *Vgl. Nr. 224.*

### 335. Contra capitulum nolens assignare stallum in choro et locum in capitulo.[a]

Iud. .. prior de .., quod .. archidiaconus ... diocesis occasione visitationis procurationes indebitas ab eo exigit et extorquet, quamvis ibidem nullum officium visitationis impendat. – partibus convocatis.

[a] *Überschrift durchstrichen, gehört zu folgender Nummer*

### 336. Contra capitulum nolens assignare stallum in choro et locum in capitulo.[1]

Iud. A. canonicus .. ecclesie, quod .. decanus et capitulum eiusdem ecclesie .. diocesis sibi stallum in choro et locum in capitulo assignare ac exhibere sibi de proventibus ipsius ecclesie debitam portionem, sicut uni ex aliis indebite contradicunt. – partibus convocatis.

[1] *Vgl. Nr. 193, 244, danach zu ergänzen.*

### 337. Contra executores testamenti.

Iud. .. pauper orphanus, quod .. decanus et alii executores testamenti quondam ... diocesis de quadam summa pecunie, quam idem nobilis ad se pertinentem ei per manus ipsorum pro anime sue remedio in ultima voluntate legavit ac solvi mandavit eidem, sibi satisfacere indebite contradicunt, quamquam ad id bona sufficiant testatoris. – partibus convocatis.

### 338. De eo, qui gravatus infirmitate fecit se portari ad monasterium et prebenda eius alteri fuit collata.

Iud. Dilectus filius .. canonicus .. ecclesie, quod, cum olim ipse gravissima infirmitate detentus ad domum fratrum Predicatorum de ... diocesis fuerit deportatus, tandem fervore infirmitatis huiusmodi tepescente requisitus ab ipsis fratribus, ut professionem faceret, penitus contradixit ac infra duorum mensium spatium convalescens a domo ipsa licentiatus ab eisdem fratribus ad propria est reversus, cuius rei occasione prebendam, quam in eadem obtinebat ecclesia ..

contra iustitiam est collata, qui eam detinet in eius preiudicium et gravamen. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus, quatinus vocatis etc., quod canonicum etc.

### 339. Quando monachi morantes solitarii in ecclesiis et revocati nolunt redire ad monasterium.

.. Episcopo. Sua nobis .. abbas monasterii .. tue diocesis petitione monstravit, quod nonnulli monasterii sui monachi soli in quibusdam ecclesiis ad idem f. 82v monasterium pleno iure spectantibus commorante[a] redire | ad claustrum pro sue voluntatis arbitrio renuunt ab eo pluries revocati in animarum suarum dispendium et grave scandalum aliorum. – mandamus, quatinus, si est ita, prefatos monachos, ut ad dictum[b] claustrum redeant sub eiusdem abbatis obedientia moraturi, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.

a) *statt* commorantes    b) m *aus* n *korrigiert*, *Texttinte*

### 340. De promoto a non suo episcopo.

.. Episcopo diocesano. I. de .. presbiter nobis humiliter supplicavit, ut, cum ipse ad omnes sacros ordines ab alieno episcopo rite tamen alias absque simonie vitio, sicut asserit, sit promotus, celebrandi vel minstrandi[a] in ordine ipso licentiam[b] in tua diocesi, de qua duxit originem, sibi concedere curaremus. Ad te igitur remittentes eundem mandamus, quatinus imposita sibi penitentia salutari et eo iuxta tue dispositionis arbitrium ab eorundem ordinis executione suspenso, si ei et vite meritum et fame testimonium suffragabitur, super premissis auctoritate nostra cum ipso dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire, vel: mandamus, quatinus super hoc statuas circa ipsum, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire.

a) *statt* ministrandi    b) *doppelt*

## 341. Contra canonicos non intendentes archipresbitero super honore ecclesie.

Iud. .. prior secularis ecclesie .. nobis conquerendo monstravit, quod Iohannes et quidam alii canonici eiusdem ecclesie ..[a] diocesis sibi super hiis, que ad bonum statum et incrementum redundat ecclesie supradicte, intendere denegant minus iuste ac sibi non obediunt, ut tenentur. – partibus convocatis.

a) *nur ein Punkt*

## 342. De monachis solitariis.

Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, in quibusdam ecclesiis et cellis monasterii tui monachi solitarii contra Lateranensis statuta consilii[a] [1] commorentur, mandamus, quatinus, si est ita, procedas circa eosdem monachos iuxta statuta consilii moderati,[b] contradictores etc.

a) *statt* concilii b) *statt* concilii memorati

1 *c. 10 Conc. Lat. III = X 3.35.2.*

## 343. De monachis solitariis.

Cum in statutis pro reformatione vestri ordinis in provincia .. editis, sint[a] insertum, ut, ubi unus monachus commoratur, alius associetur eidem,[1] quatinus, si ceciderit, habeat sublevantem, quieti vestre providere volentes,[b] auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in huiusmodi locis vestris ultra id, quod hactenus est optentum, nullus sibi de novo presumat hac occasione aliquid usurpare. Nulli ergo etc.

a) *statt* sit b) *doppelt*

1 *Vgl. c. 10 Conc. Lat. III = X 3.35.2.*

### 344. De occisionibus clericorum.

Gravem dilecti filii P. de .. militis, nepotis quondam .. prioris[a] sancti .. recepimus questionem, quod H. et G. de .. fratres ac alii eorum complices laici .. diocesis diabolico spiritu inflammati priorem eundem dei timore postpositis[b] inhumaniter[c] occiderunt. – mandamus, quatinus, si est ita, dictos sacrilegos,
f. 83r tamdiu etc. usque evitari, donec deo et ecclesie | satisfecerint competenter et cum tuarum etc.

[a] *auf Rasur* [b] *statt* postposito [c] nit *korrigiert, Texttinte*

### 345. Contra clericos retinentes plura beneficia sine dispensatione.

Exhibita .. petitio continebat, quod ... diocesis beneficia quedam habentia curam animarum annexam cum hiis, que primo habuerant similem curam habentibus, presumunt contra generalis statuta concilii[1] absque dispensatione apostolica retinere. – mandamus, quatinus, si est ita, contra predictos super hoc ratione previa procedatis secundum statuta concilii memorati, contradictores etc. Testes etc.

[1] *c. 13 Conc. Lat. III = X 3.4.3.*

### 346. Super eodem.

Iud. Venerabilis frater noster .. episcopus nobis significare curavit, quod ... diocesis modum avaritie non imponens plures ecclesias curam habentes animarum annexam contra generalis statuta concilii[1] detinere presumit in anime sue periculum et scandalum plurimorum, cum super hoc non sit cum eo per sedem apostolicam dispensatum. – mandamus, quatinus, si est ita, contra prefatum .. super hoc ratione previa procedatis secundum statuta concilii memorati, contradictores[a] etc.

[a] d *korrigiert, Texttinte*

[1] *c. 13 Conc. Lat. III = X 3.4.3.*

### 347. De iniectione manuum monachorum.

Iud. Querelam .. abbatis et conventus de .. recepimus continente,[a] quod G., I. et R. monachi monasterii de Lumbeio,[1] R. de .. et quidam alii laici .. diocesis in P. monachum suum manus inicientes dei timore postposito temere violentas eum quadam summa pecunie spoliarunt, sed .. abbas ipsius monasterii de Lumbeio pro prefatis monachis requisitus sibi satisfacere non curavit. Quocirca mandamus, quatinus, si de huiusmodi vobis manuum iniectione constiterit, dictos manuum iniectores tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nuntietis[b] et faciatis ab omnibus artius evitari, donec passis iniuriam satisfecerint competenter et laici cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam venerint absolvendi, dicti vero monachi per suum et iniuriam passi abbates absolutionis beneficium assequantur. Super aliis vero audias causam etc. Testes non ponitur.

[a)] *statt* continentem [b)] nuntientis, *überflüssiger Kürzungsstrich durchstrichen*

[1] *Wohl Lumbier bei Pamplona.*

### 348. De procurationibus.

Iud. Dilectus filius .. archipresbiter .. ecclesie nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse de antiqua et[a] approbata consuetudine ac hactenus pacifice observata archipresbiteratum suum eiusdem ecclesie singulis annis debeat visitare, .. prior de ... rector .. ecclesie et quidam alii clerici ecclesiarum ipsius archipresbiteratus .. diocesis procurationes ratione visitationis sibi debitas ei contra iustitiam denegant exhibere. – partibus convocatis.

[a)] et-*Kürzung mit übergeschriebenem durchstrichenem Kürzungsstrich*

### 349.[a]

.. Priori fratrum Predicatorum Esculan.[1] Exposuit nobis dilectus filius Gentilis clericus, natus quondam .. civis Esculan., quod, cum ipse ordinem fratrum Predicatorum intrasset et fecisset professionem ibidem, tandem asperitates ipsius ordinis substinere non valens ad statum pristinum est reversus. Quare nobis humiliter supplicavit, ut transeundi ad ordinem sancti Benedicti licentiam

f. 83v | sibi concedere curaremus. Quia vero de facto et facti circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem, – mandamus, quatinus, si est ita et aliud canonicum non obsistit, tribuas ei licentiam postulatam, prout secundum deu[b] anime sue saluti videris expedire.[c]

[a)] § *fehlt, Überschrift fehlt* [b)] *statt* deum [c)] *auf dem Rest von f. 83v und auf f. 84r befindet sich eine nachgetragene deutsche Urkunde des 15. Jahrhunderts des Kantors Cuno von Mainz (Notariatsinstrument); f. 84v leer; f. 85r-99v Traktate des päpstlichen Vizekanzlers Marinus von Eboli De revocatoriis (f. 85r-93r) und De confirmationibus (f. 93r-99r); ed. P. HERDE, Marinus von Eboli: „Super revocatoriis" und „De confirmationibus". Zwei Abhandlungen des Vizekanzlers Innocenz' IV. über das päpstliche Urkundenwesen, Tübingen 1964, (Ersterscheinung in: QFIAB 42/43 (1962/63), 119ff.).f. 100r leer.*

[1] *Ascoli Piceno.*

f. 100v

### 350. Quod non teneantur ad solutionem debitorum.[a]

Archiepiscopo .. Indempnitati ecclesie tibi commisse paterna sollicitudine precavere volentes, tibi auctoritate presentium indulgemus, ut ad solutionem debitorum ecclesie tue nomine contractorum nullatenus tenearis, nisi ea fuisse conversa in utilitatem ipsius ecclesie legitime[c] probatum fuerit et ostensum. Nulli ergo etc.

[a)] *Überschrift am Seitenanfang von f. 100v* [c)] *folgt* sit, *expungiert*

### 351.[a]

.. Priori[b] de .. Cluniacen. ordinis .. diocesis. Indempnitati tue ac prioratus tui paterna volentes sollicitudine providere, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut non tenearis ad solutionem aliquorum debitorum prioratus nomine contractorum, nisi ea in utilitatem ipsius prioratus conversa fuisse legitime probaverint creditores, non obstantibus renuntiationibus, confessionibus, obligationibus, penarum adiectione, iuramentis, instrumentis et litteris quibuscumque contractuum tempore interiectis. Nulli etc. Dentur conservatores.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] priorii, -i *expungiert*

352.[a]

.. Electo Virdunen.[1] ecclesie, que, sicut asseris, gravata est honere debitorum, paterno compatientes affectu auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ad solutionem debitorum huiusmodi minime tenearis, nisi creditores eorum probaverint eadem conversa esse in utilitatem ecclesie memorate, non obstantibus aliquibus litteris conventionalibus, renuntiationibus seu confessionibus a predecessoribus tuis factis, quod debita ipsa conversa esset[b] in utilitatem ipsius ecclesie aut etiam iuramentis contractus tempore interiectis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dentur super hoc conservatores.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *statt* essent

[1] *Verdun (Meuse).*

353.[a]

.. Abbati et conventui Cassinen.[1] Indempnitati vestre ac monasterii vestri eiusque membrorum obtentui[b] precum dilecti filii magistri P. de sancto Helia,[2] canonici Baiocen.[3] nostri et vestri devoti, paterna volentes sollicitudine providere auctoritate vobis presentium indulgemus, ut non teneamini vos vel membra ipsa ad solutionem alicuius debita contracti nomine predictorum monasterii et membrorum vel etiam contrahendi, nisi illud in utilitatem eorundem monasterii et membrorum conversum fuisse legitime probaverint creditores, non obstantibus quibuscumque litteris, renuntiationibus, obligationibus, confessionibus, iuramentis, instrumentis et penis tempore contractus appositis. Nulli etc. Si quis etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *statt* obtentum

[1] *Monte Cassino (Prov. Frosinone).*
[2] *Es handelt sich möglicherweise um S. Helias Fiume Rapido. Nachweise: M. Inguanez / L. Mattei-Cerasoli / P. Sella, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Campania, Bd. 1, Città del Vaticano 1942 (Studi e Testi 97), Nr. 462, 564, 586.*
[3] *Bayeux (Calvados).*

354.[a]

Capitulo ecclesie .. diocesis. Ne dampnosa vobis et ecclesie vestre illorum, qui creditores vestros se asserunt, importuna instantia solutionis existat, ad solutionem aliquorum debitorum auctoritate sedis apostolice seu cuiuslibet alterius compelli aliquatenus non possitis, nisi predicta debita in utilitatem eiusdem ecclesie fuisse conversa legitime probatum fuerit et ostensum, auctoritate vobis presentium indulgemus, districtius inhibentes, ut preter totius assensum capituli vestri aut maioris et sanioris partis ipsius nemini liceat eandem ecclesiam debitorum oneribus obligare. Nulli etc.

a) *Überschrift fehlt*

f. 101r

Exceptio, quando aliquis non admittitur ad probandum instrumentum productum esse falsum.

Exceptio, quando non exhibetur libellus in iudicio.

Exceptio, quando proventus ecclesie sunt tenues, quod non tenentur recipere aliquem.

quando[a] confirmatur sententia.

Quando mutatur res in potentiorem.

Quando non datur copia actorum communium.

Quando res integra manet, dator moritur et postea proceditur per litteras.

Confirmatio sententie excommunicationis.

Exceptio, quando renuntiatur appellationi et postea appellatur.

Quando causa committitur in partem a delegato et non appellatur ad delegatum.

Quando littere absolvuntur fraudulenter in audientia.

Quando non admittitur quis ad producendum testes.

Quando expirat[b] mandatum morte mandatoris.

Quando non potest quis solvere debitum.

Quando non dantur indutie ad deliberandum.

Quando quis non prosequitur appellationem infra tempus legitimum.

Quando molestatur quis contra indulta.

Quando non exprimitur causa, propter quam convenitur quis in libello.

Quando unus iudex procedit sine altero.

Quando impetrantur[c] ante lites motas.

Quando non monetur nec citatur aliquis.

Quando[d] electionem de aliquo factam episcopus renuit confirmare.[d]

Quando aliquis privatur aliqua ecclesia.

Quando non admittitur procurator.

Quando recipiuntur testes post assensum alicuius eo non monito nec citato.

Quando quis compellitur producere testes, quos iterum produxerat.

Quando conveniuntur plures quam quatuor per „quidam alii".

Quando aliquis nobilis[e] convenitur suppressa in litteris nobilitate sua.

Quando aliquis convenitur ab orphano domino ipsius non monito.

Quando recipiuntur testes ante terminum preter assensum eius.

Quando aliqua priorissa convenitur et non datur ei terminus ad ducendum abbatissam, cui subest[f] iudicium.

Quando iudex, qui fuit habitus suspectus non compellit arbitros ad procedendum.

Quando non conceditur tertia productio testium.

Quando indulgetur alicui monasterio, quod non teneatur providere alicui et postea convenitur per litteras, in quibus non fit mentio de indulto.

f. 101v Quando excipitur contra iudicem, quod non habet potestatem in ipsum.

Quando aliquis functus officio suo resumit iterum causam.

Quando[g] servatur arbitrium.

Exceptio, quando fit cautio per litteras auditoris contradictarum pro aliquo et postea convenitur.

Quando aliquis non monitus nec citatus privatur aliqua ecclesia.

Exceptio, quando iudex est suspectus et non dat arbitros.

Exceptio, quando convenitur aliquis tempore messium feriato.

Quando causa vertitur inter duos super aliqua re et aliquis alter dicens se habere ius in causa non admittitur ad docendum de iure suo.

Quando relaxatur sententia excommunicationis et non recipitur cautio de stando iuri et de satisfactione expensarum parti adverse.

Quando aliquod capitulum molestatur ab executoribus cassatorum per constitutionem.

Appellatio a diffinitiva super natalibus.[h]

[a)] *statt* Quando [b)] *statt* exspirat [c)] littere *zu ergänzen* [d-d)] *auf Rasur, Texthand, Texttinte* [e)] li *aus* b *korrigiert, Texttinte* [f)] in *zu ergänzen* [g)] non *zu ergänzen* [h)] *Rest von f. 101v leer*

f. 102r

355.[a]

In dei nomine Amen. Anno eiusdem M°CC° sexagesimo primo[1] die prima mensis Aprilis indictionis IIII[te], pontificatus domini Alexandri pape IIII anno VII°, per presens publicum instrumentum notum fieri volumus universis, quod nos Bonuscomes, canonicus Firman.,[2] litteras domini pape cum vera bulla et filo integro non viciatas, non cancellatas nec in aliqua sui parte corruptas recepimus formam huiusmodi continentes: Alexander etc. Dilecto filio magistro Bonocomiti canonico ecclesie[b] Firman. salutem etc. Pro dilecto filio Petro clerico ecclesie sancti Leonardi Esculan.[3] de honestis moribus et conversatione laudabili commendato venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis capitulo Esculan. olim sub certa forma preces direxisse dicimur et mandata, ut eum in canonicum et fratrem recipere ac sibi de prebenda, si qua tunc in eorum ecclesia vacaret vel quam cito se facultas offeret, liberaliter providere curarent. Quia vero predictis episcopo et capitulo id efficere non curantibus dictus clericus propter hoc implorare apostolicam gratiam denuo est coatus,[c] nos eum pro sue probitatis meritis prosequentes favoris gratia specialis eosdem episcopum et capitulum rogandos duximus attentius et monendos eis per iterata scripta mandantes, ut dictum clericum pro apostolice sedis et nostra reverentia saltem hac vice in canonicum et fratrem recipere ac sibi de prebenda[d] providere procurent[e] iuxta priorum continentiam litterarum, ita quod exinde digna laudibus et favoris augmento apud nos eorum sinceritas habeatur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dicti episcopus et capitulum super hoc mandatum apostolicum[f] neglexerint adimplere, tu illud exequi non postponas, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutione de duabus dietis edita in concilio generali,[4] ita quod ultra tertiam vel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahantur. Dat. Lateran. idus ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.[5] Volentes igitur domini pape mandatis humiliter obedire et ea, ut tenemur, exequi reverenter, quia constat predictis episcopo et capitulo predictas litteras apostolicas primo et secundo eis

f. 102v directas presentatas fuisse per publica documenta et ipsos prenominatum Petrum | recipere non curasse iuxta earundem litterarum tenorem predictarum litterarum auctoritate nobis directarum tibi Petro, clerico ecclesie sancti Leonardi Esculan. predicto presenti et petenti de canonicatu predicte Esculan: ecclesie providemus teque de dicto canonicatu per nostrum pilleum presentialiter investimus plenum ius canonicatus in eadem ecclesia tibi cum plenitudine iuris canonici conferentes, ita quod de cetero sis canonicus ipsius ecclesie et plenum ius et nomen canonici obtineas in eadem, prebendam quoque, si qua in ibi vacat ad presens, tibi iuxta tenorem huiusmodi litterarum conferirimus[g] et te de ea per nostrum pileum presentialiter investimus, alioquin prebendam huiusmodi, quamcito ad id se facultas obtulerit, donationi nostre, immo potius apostolice, tibi vel procuratori tuo per nos vel per alium tuo nomine conferendam et assignandam libere reservamus ac decernimus irritum et inane, quicquid contra mandati nostri tenorem, immo potius apostolici, de canonicatu et prebenda huiusmodi a quoquam contigerit attemptari, contradictores quoslibet et rebelles in scriptis excommunicationis vinculo innodantes. Reservamus insuper nobis iurisdictionem plenariam, ut in dicta provisione possimus[h] libere procedere et sententias, si necesse fuit, aggravare. In quorum omnium testimonium et ad fidem pleniorem presens publicum instrumentum per manum magistri Gisonis de Apiniano notarii[6] infrascripti, fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum Lateran. in hospitio reverendi viri magistri Iohannis de Camezano,[7] domini pape capellani et ipsius contradictarum[i] auditoris, presentibus Alberto de Florentia,[8] presbitero magistro Riccardo de Esculo,[9] Alexandro de Verulis[10] et Crescentino de Veronam[j] [11] [k] vocatis et[l] rogatis. Et ego Giso[m] de Apinian. apostolice sedis auctoritate notarius predictis interfui et[n] ea[o] scripsi et in publicam formam redegi rogatus signoque proprio roboravi.

[a] *Überschrift fehlt* [b] *darüber geschrieben, Texthand, Texttinte* [c] *statt* coactus [d] p *aus* l *korrigiert, Texttinte* [e] procu *korrigiert, dunklere Tinte als Text* [f] apostolicum *mit übergeschriebenem und durchstrichenem* cum [g] *statt* conferrimus [h] *statt* possumus [i] *interlinear darüber geschrieben, dunklere Tinte als Texttinte* [j] *statt* Verona [k] *folgt durchstrichenes* et [l] *mögicherweise* specialiter *zu ergänzen* [m] Gi *korrigiert, Texttinte* [n] *nachgetragen, Texthand, Texttinte* [o] *folgt am Rand* na *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich, alles durchstrichen*

[1] *Alexander IV.* (*1261 April 1) (Les registres d'Alexandre IV fehlt;* POTTHAST *fehlt).*

[2] *Fermo (Prov. Ascoli Piceno). Nicht identifiziert.*
[3] *S. Leonardus in Ascoli Piceno. Nachweise: P. SELLA, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Marchia, Bd. 1, Città del Vaticano 1950 (Studi e Testi 148), 709.*
[4] *c. 37 Conc. Lat. IV = X 1.3.28.*
[5] *1261 Januar 13, Lateran. (Les registres d'Alexandre IV fehlt; POTTHAST fehlt).*
[6] *Albiano (Tirol). Nicht identifiziert.*
[7] *Iohannes de Camezano.*
[8] *Möglicherweise handlt es sich um Albertus Florentinus, Kanoniker von S. Pier Scheraggio in Florenz; HERDE, Beiträge 135. Über S. Pier Scheraggio in Florenz vgl. a. a. O. 43 Anm. 392.*
[9] *Ascoli Piceno. Nicht identifiziert.*
[10] *Alexander de Verulis. Unter Urban IV. und Klemens IV. als päpstlicher Notar belegt. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Tables 31. Les registres de Clément IV, Tables Sp. 56.*
[11] *Nicht identifiziert.*

Sua nobis .. petitione monstravit.

Sua nobis .. de .. laicus conquestione monstravit.

Dilecti filii .. de .. nobis exhibita petitio continebat.

Significavit nobis .. de .. laicus.

Dilectus filius .. nobis significare curavit.

Ex relatione dilecti filii G. canonici.

Exposita coram nobis Emelline dicte .. vidue petitio[a] monstravit.

Iohannes de .. nobis conquerendo monstravit.

Nicolaus rector .. ecclesie nobis exposuit.

a) *statt* petitione

f. 103r

## 356. Exceptio, quando aliquis non admittitur ad probandum instrumentum productum esse falsum.

Hic[a] vero ista VI[b] capitula conquerentes illum, de quo conqueritur et super quo et coram quibus auctoritate et exceptione legitimam super appellatione sua.[a c]

Iud. Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de .. ordinis sancti Benedicti petitione monstrarunt, quod, cum Gentilis filius Gentilis[1] suo et sociorum suorum civium et mercatorum Senen.[2] nomine ipsos super quadam pecunie summa coram dilecto filio magistro B.[3] capellano nostro per litteras apostolicas convenisset et Gentilis ipse lite contestata quoddam falsum instrumentum, per quod intentionem suam super principali fundate intendebat, exhibuisset in iudicio contra ipsos, iidem ad probandum illud instrumentum

penitus esse falsum se admitti cum instantia petierunt, et quia dictus capellanus eos ad hoc admittere contra iustitiam denegavit, ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari ad nostram duxerunt audientiam appellandum, mandamus, quatinus vocatis, qui[d] fuerint etc.

[a-a)] *am Rand* [b)] *darüber, Texttinte* [c)] *folgt weiteres Zeichen rechts am Rand* [d)] qui *mit weiterer Kürzung*

[1] *Es handelt sich möglicherweise um den Bürger und Kaufmann Gentilis Hugolinus Gentilis aus Siena. Nachweis: Les registres d'Urbain IV, Nr. 521.*
[2] *Siena.*
[3] *Nicht identifiziert. Vgl. R. ELZE, Die Päpstliche Kapelle im 12. und 13. Jahrhundert, in: ZRG.KA. 36 (1950), 193, 196; Les registres d'Alexandre IV, Bd. 3,35; Les registres d'Urbain IV, Bd. 4,29; Les registres de Clément IV, 56.*

## 357. Exceptio, quando non exhibetur libellus in iudicio. Registrata.

Iudic. Sua nobis magister W. rector ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum Radulfus de .. clericus Lincolnien.[1] diocesis ipsum super eadem ecclesia, quam canonice est adeptus et aliquamdiu pacifice ac sine lite possedit, coram venerabili fratre nostro Lincolnien. episcopo auctoritate ordinaria traxisset in causam, dictus rector libellum conventionalem, cuius oblationem et ordinem iudiciarium causa ipsa merito exigebat, petiit in presentia eiusdem episcopi a parte altera sibi dari, et quia idem episcopus eidem rectori libello huiusmodi non porrecto ipsum ad respondendum dicte parti sine alicuius oblatione libelli contra iustitiam compellebat, fuit pro parte ipsius rectoris ad Cantuarien.[2] curiam appellatum. Sed officialis eiusdem curie cognitis ipsius[a] cause meritis et iuris ordine observato diffinitivam pro dicto rectore sententiam promulgavit, quam ipse petiit apostolico munimine roborari. – mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut est iusta, facias per censuram ecclesiasticam appellatione remota inviolabiliter observari.

[a)] ip *korrigiert, Texttinte*

[1] *Lincoln (Lincolnshire). Das Bistum Lincoln unterstand als Suffragan dem Erzbistum Canterbury.*
[2] *Canterbury (Kent).*

## 358. Exceptio, quando proventus ecclesie sunt tenues, quod non tenentur recipere aliquem.

Iud. Sua nobis dilectus filius .. archipresbiter et clerici ecclesie sancti .. de .. Anagnine[a] [1] diocesis petitione monstrarunt, quod, cum I. scolaris de .. super receptione ac provisione sua in aliqua ecclesiarum Anagnin. civitatis vel diocesis ad dilectum filium G. executorias litteras impetrasset eodemque G. ..
f. 103v archipresbitero de .. loco .. diocesis committente super hoc to|taliter vices suas, prout sibi ex litterarum ipsarum beneficio competebat, iidem[b] subdelegati archipresbitero et clericis prefatis mandavit, ut dictum I. in eorum ecclesia in clericum reciperent et in fratrem, coram quo fuit ex parte ipsorum excipiendo propositum, quod, cum facultates ipsius ecclesie, in qua, licet sit certus clericorum numerus institutus, non est tamen distinctio beneficiorum, adeo sint tenues et exiles, quod dicti archipresbiter et clerici vix possunt ex eis commode substentari, prout erant docere parati ad receptionem ipsius I. compelli de iure non poterant nec debebant. Et quia dictus subdelegatus eos super hoc audire contra iustitiam recusavit, ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari, nostram audientiam appellarunt.

a) A *korrigiert, Texttinte*    b) *statt* idem

1 *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*

## 359. Quando confirmatur sententia.

Iud. Dilecti filii Petri clerici ecclesie de .. nobis exhibita petitio continebat, quod, cum inter ipsum ex una parte et .. prepositum et capitulum eiusdem ecclesie ex altera super parte proventuum ipsius ecclesie, que de iure contigit eundem, coram .. auctoritate apostolica questio verteretur, idem iudex cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato pro eodem P. diffinitivam sententiam promulgavit[a] et in .. prepositum et alios clericos eiusdem ecclesie diffinitive ipsi, a qua infra tempus legitimum appellatum non extitit, contumaciter parere nolentes excommunicationis sententias exigente iustitia promulgavit, quas petiit apostolico munimine roborari. – mandamus, quatinus sententias ipsas diffinitivam videlicet, sicut est iusta, per censuram

ecclesiasticam, excommunicationis vero, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam etc. usque observari.

a) sententiam promulgavit *interlinear darüber geschrieben, andere Tinte*

### 360. Quando mutatur res in potentiorem.

Iud. Significavit nobis R. .. de .. laicus, quod, cum P. de .. clericus .. diocesis ipsum super quadam vinea, in qua a .. patre suo actionem sibi cessam esse dicebat, coram .. officiali non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem laicus excipiendo proposuit coram eo, quod, cum cessio huiusmodi actionis super quadam vinea, cuius cognitio ad forum seculare spectabat causa mutandi iudici dolose ac fraudulenter in potentiorem alterius fori personam cessio facta fuisset, idem clericus, qui vexabat eum in foro ecclesiastico, ut assequi ex huiusmodi commertio posset predam non erat in tali cessione f. 104r aliquatenus au|diendus. Et quia dictus officialis ipsum laicum super hoc audire contra iustitiam denegabat, ipse sentiens ex hoc indebite se gravari nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revoces etc. usque attemptatum, alioquin partes etc. appellantes etc.

### 361. Quando non datur copia actorum communium.

Iud. Sua nobis R. Vitalis,[1] officialis, venerabilis fratris nostri .. episcopi Tholosan.[2] in villa appanarum[a] petitione monstravit, quod, cum ipse quondam inquisitor in terra Mirapicis[3] auctoritate ipsius episcopi contra P. Gozini quondam presbiterum Tholosan. diocesis[4] super crimine pravitatis heretice, qua respersus erat, diligentius inquisisset eique legitime constitisset ipsum presbiterum huiusmodi vitio laborare, tandem id eidem episcopo et archiepiscopo[b] Narbonen.,[5] loci metropolitano, consultius nuntiante archiepiscopus ipse quibusdam aliis episcopis sibi ad hoc assistentibus prefati officialis diligentius examinato processu dictum presbiterum ob crimen pravitatis eiusdem ab omnibus ordinibus sollempniter degradarunt. Porro presbiter ipse ad fratres .. et .. ordinis Predicatorum tunc in comitatu Tholosano inquisitores,[6] auctoritate apostolica deputatos a nobis contra dictum officialem se super hiis asserens litteras impetrasse, coram ipsis earum auctoritate

personaliter citari procuravit eundem, a quibus officialis ipse sentiens ex eo indebite se gravari, quod copiam actorum communium in iudicio habitorum sibi facere contra iustitiam denegarunt, humiliter requisiti nostram audientiam appellavit, quam appellationem predicti fratres temere contempnentes in eundem officialem de facto, cum de iure non possent, excommunicationis sententiam promulgarunt. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *statt* Appanarum b) et archiepiscopo *davor gestrichen*

1 *Raymundus Vitalis, Offizial von Pamiers (Appamiarum). Nachweis: Les registres de Clément IV, Nr. 196.*
2 *Toulouse (Haute-Garonne). Das Bistum Toulouse unterstand als Suffragan dem Erzbistum Narbonne.*
3 *Mirepoix (Haute-Garonne).*
4 *Nicht identifiziert.*
5 *Narbonne (Aude).*
6 *Gregor IX. hatte 1231 den Dominikanern die Durchführung der Inquisition übertragen. Vgl. M. HANSSLER, Katharismus in Südfrankreich. Struktur der Sekte und inquisitorische Verfolgung in der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts, Regensburg 1991, 169; dazu auch Y. DOSSAT, Eglise et hérésie en France au XIII*[e] *siècle, London 1982 (Collected Studies Series; CS 147), II, XX. Vgl. dazu auch zwei Urkunden Urbans IV., Les registres d'Urbain IV, Nr. 1180, 2965.*

## 362. Quando res integra manet, dator moritur et postea proceditur per litteras.

Iud. Sua nobis venerabilis frater noster .. episcopus[a] Ossonien.[b 1] petitione monstravit, quod, cum M. de .. clericus .. diocesis super receptione ac provisione sibi facienda in eorum ecclesia ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Ymlacen.[2] felicis recordationis I. pape predecessoris nostri[3] executorias litteras impetrasset ac dictus episcopus Ymlacen. litterarum ipsarum auctoritate mandasset eisdem, ut dictum clericum reciperent in canonicum et in fratrem, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum dictus predecessor re integra viam fuisset universe
f. 104v car|nis ingressus, prout erant legitime docere parati, et idem episcopus Ymlacen.,[c] cum mandatum huiusmodi impetrasset ad receptionem et provisionem ipsius clerici in predicta ecclesia procedere per huiusmodi litteras de iure non poterat nec debebat, et quia prefatus episcopus eos super hoc audire denegans in negotio nichilominus contra iustitiam procedebat eodem, dicti episcopus et capitulum sentientes ex hoc indebite se gravari ad nostram

audientiam appellarunt.[4] – mandamus, quatinus, si est ita, revoces etc., alioquin negotium huiusmodi ad ipsius episcopi remittas examen appellantes etc.

a) *wohl zu ergänzen* et capitulum  b) *wohl statt* Ossorien.  c) Ymblacen, *b* expungiert

[1] *Ossory. Umfasst die Grafschaft Kilkenny und einen Teil der Grafschaft Laoighise.*
[2] *Emly (Tipperary).*
[3] *Es handelt sich wohl um Innocenz IV. (1243-1254).*
[4] *Vgl. dazu die Konstitution „Discrimen preteriti temporis" Alexanders IV. (1255 April 5); Les registres d'Alexandre IV, Nr. 998 (POTTHAST 15777).*

### 363. Confirmatio sententie excommunicationis.

Iud. Sua nobis G. archidiaconus de .. in ecclesia Attrebacen.[1] petitione monstravit, quod, cum ipse I.[a] de ... diocesis super quadam pecunie summa, in qua tenebatur eidem, coram magistro I. canonico .. ecclesie, cui .. abbas de .. in causa huiusmodi iudex a sede apostolica delegatus commiserat, super hoc totaliter vices suas traxisset in causam, idem magister in prefatum I. huiusmodi debitum recognoscentem in iudicio[b] coram eo, quia in statuto et ab eo sponte recepto termino dicto G. eandem pecuniam solvere sine causa rationabili denegabat, excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit, quam idem I. animo indurato substinuit biennio et amplius iam elapso. Quare nobis idem archidiaconus humiliter supplicavit, ut eandem sententiam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. – mandamus, quatinus dictam excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

a) *aus* d *korrigiert, Texttinte*  b) *durch Umstellungszeichen aus* in iudicio recognoscentem *korrigiert*

[1] *Arras (Pas-de-Calais).*

### 364. Exceptio, quando renuntiatur appellationi et postea appellatur.

Iud. Sua nobis E. relicta quondam W. de .. laici conquestione monstravit, quod, cum I. uxor R. civis Cameracen.[a] [1] ipsam et dictum W., virum suum, super

quibusdam terris et rebus aliis ad dotem suam spectantibus, ut dicebat, coram .. officiali Cameracen. non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem officialis perperam in causa ipsa procedens contra dictos[b] E. et W. diffinitivam sententiam promulgavit iniquam, a qua ipsi ad Remen.[2] curiam appellarunt. Verum proponente dicta Ysabella coram officialibus eiusdem curie, quod dicta E. et vir eius huiusmodi appellationi renuntiarant expresse, quia dicti officiales,
f. 105r quamquam sibi de hoc aliquatenus non constaret, partes ad prefatum | officialem Cameracen. remiserunt examen, ex parte dictorum E. et W. fuit ad sedem apostolicam appellatum. Et nichilominus dictus officialis Cameracen. post huiusmodi appellationem in ipsos excommunicationis sententiam promulgavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) C *korrigiert, Texttinte durchstrichen*
b) dictos, *über* cto *überflüssiger Kürzungsstrich*

1 *Cambrai (Nord). Das Bistum Cambrai unterstand als Suffragan dem Erzbistum Reims.*
2 *Reims (Marne).*

## 365. Quando causa committitur in partem a delegato et non appellatur ad delegatum.

Iud. Dilectus filius magister L. rector ecclesie de .. nobis significare curavit, quod, cum ipse contra .. priorem et conventum sancti Patricii Dumblinen.[1] litteras apostolicas impetrasset eodem precentore ad .. archidiaconum Miden.[a 2] eiusque college committente super hoc non tamen totaliter vices suas dicti prior et conventus se asserentes ab eisdem archidiacono et collega, quibus falso dicebant eundem precentorem causam huiusmodi totaliter commisisse ex sufficienti gravamine ad sedem apostolicam appellasse, ad .. abbatem de .. et priorem de .. Conventren.[3] diocesis super appellatione huiusmodi litteras apostolicas impetrarunt, qui cum litterarum ipsarum auctoritate citari fecissent eundem ex parte ipsius rectoris fuit excipiendo propositum coram eis, quod, cum prefatus precentor eisdem archidiacono et colle[b] non in totum sed in parte causa subdelegasset, eandem, prout erat legitime docere paratus, et omisso eodem precentore, ad quem a predictis subdelegatis appellatum non fuerat, non debuisset ad sedem appellari predictam per litteras ipsas ad respondendum eis compelli de iure non poterat nec debebat. Et quia predicti abbas et prior eum

super hoc audire contra iustitiam recusarant, dictus rector sentiens ex hoc indebite se gravari, duxit ad nostram audientiam appellandum. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] Minden., -n- *expungiert* [b)] *statt* college

[1] *S. Patrick, Dublin. Nachweise: Les registres d'Innocent IV, Nr. 2610, 3151. Les registres d'Honorius IV, Nr. 30, 31.*
[2] *Meath Grafschaft in Irland.*
[3] *Coventry (Warwickshire). Diözese Coventry-Lichfield (seit 1102 uniert).*

366. Quando littere absolvuntur fraudulenter in audientia.

Iud. Ex relatione dilecti filii G. canonici Pipernen.[1] procuratoris venerabilis fratris nostri .. Carcasonen.[2] [a] accepimus, quod, licet magister B. scriptor noster[3] super eo, quod asserebat, dictum episcopum sibi in quadam annua pensione teneri, donec eidem provideat in beneficio competenti, nostras ad .. sub certa forma litteras impetrarit[b] et dictus G. in audientia publica pro eodem episcopo litteris contradixit[4] supradictis, non tamen conventionem iudicum propter dicti magistri cavillationes, ut decuit, pro ipso episcopo habuerint in eisdem, super quo idem G. provideri eidem episcopo a nobis humiliter postulavit. Nos igitur volentes super hoc prefato episcopo paterna sollicitudine
f. 105v providere[c] | ac prefatas litteras carere omnino viribus auctoritate presentium decernentes mandamus, quatinus memorato ..[d] ac illi, cui forte super hoc commisit in parte vel totalit[e] vices suas, inhibeas, ut in negotio ipso auctoritate earundem litterarum aliquatenus non procedat eos ad id, si necesse fuerit, auctoritate nostra appellatione postposita compellendo. Dat. etc.

[a)] episcopi *zu ergänzen* [b)] ri *aus* vi *korrigiert, Texttinte* [c)] *folgt* ac prefa
[d)] *Reverenzpunkte nachträglich mit anderer Tinte eingefügt* [e)] *statt* totaliter

[1] *Priverno (Prov. Velletri).*
[2] *Carcassonne (Aude).*
[3] *Unter Alexander IV., Klemens IV. und Urban IV. päpstliche Skriptoren mit der Initiale B. nachgewiesen; vgl. die jeweiligen Register.*
[4] *Zu diesem Verfahren vgl.* HERDE, *Beiträge 213ff.;* DERS., *Audientia 1,29.*

### 367. Quando non admittitur quis ad producendum testes.

Iud. Exposita coram nobis Emelline dicte .. vidue petitio[a] monstravit, quod, cum causa, que inter ipsam et D. laicum, natum eius, super quadam pecunie summa, possessiones[b] et rebus aliis vertitur, ab audientia .. officialis Rothomagen.[1] non ex delegatione apostolica cognoscentis de ipsa ad nos per appellationem delatam .. cantori Morinen.[2] per nostras duxerimus litteras committendam, quia dictus cantor de appellationis causa nullatenus cognito super principali contra iustitiam procedebat, eadem mulier ad audientiam nostram appellans super appellatione sua ad .. archidiaconum et .. cantorem Carnoten.[3] nostras litteras impetravit, coram quibus lite super principali legitime contestata, quia dicti iudices testes suos legitimos, per quos intentionem suam super principali fundare volebat admittere contra iustitiam recusarunt humiliter requisiti, ipsa sentiens ex hoc indebite se gravari vocem ad nos appellationis emisit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *statt* petitione b) *stark gekürzt*

1 *Rouen (Seine-Maritime).*
2 *Thérouanne (Boulogne-sur-Mer).*
3 *Chartres (Eure-et-Loir).*

### 368. Quando exspirat mandatum morte mandatoris.

Iud. Dilectus filius Guarinus de .. clericus sua nobis petitio[a] monstravit, quod, cum L. de .. presbiter Carnoten.[1] diocesis contra ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis ad G. de .. canonicum Carnoten. felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri,[2] litteras impetrasset et idem G. Riccardo de .. canonico .. ecclesie commisisset super hiis[b] totaliter vices suas, dictus Guarinus excipiendo proposuit coram eo, quod, cum eedem littere non fuissent prefato G. ante mortem ipsius predecessoris exhibite, procedi per eas, que morte mandatoris re integra exspirarant non poterat nec debebat. Sed quia dictus R. exceptionem huiusmodi admittere contra iustitiam denegavit, dictus G. ad nostram duxit audientiam appellandum ac ipse huiusmodi appellatione contempta tulit excommunicationis sententiam in eundem. – mandamus,
f. 106r quatinus, si | dictam excommunicationis sententiam post huiusmodi appellationem inveneris esse latam, denuntians eam penitus nullam esse

revoces in statum debitum, quicquid post appellationem eandem tibi constiterit temere attemptatum, alioquin partes etc. appellantes etc. Testes autem etc.

[a)] *statt* petitione [b)] super hiis *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte*

[1] *Chartres (Eure-et-Loir).*
[2] *Innocenz IV.*

## 369. Quando non potest quis solvere debitum.

Iud. Sua nobis P. rector ecclesie de .. petitio[a] monstravit, quod, cum .. de .. et quidam alii creditores ipsius P. de ... diocesis eum coram .. officiali super quadam pecunie summa, in qua tenebatur eisdem, non ex delegatione apostolica convenisset, licet idem rector huiusmodi debitum in iudicio recognoscens bonis suis omnibus, donec de dicta pecunia esset prefatis creditoribus satisfactum, cedere noluisset, dictus tamen officialis in eundem dictam pecuniam propter rerum in opiam solvere nequeuentem, interdicti sententiam promulgavit, propter quod dictus rector nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus, si tibi constiterit, quod memoratus rector ob paupertatem in totum vel in partem pecuniam non posse solvere supradictam recepta prius ab eodem P. idonea cautione, ut, quam cito ad pinguiorem fortunam devenerit,[1] pecuniam prefatis creditoribus persolvat eandem, dictam interdicti sententiam iuxta formam ecclesie relaxare procures.

[a)] *statt* petitione

[1] *Vgl. X 3.23.3.*

## 370. Quando non[a] dutie[b] ad deliberandum.

Iud. Sua nobis magister R. de ... clericus petitio[c] monstravit, quod, cum olim eo de[d] civitate Parisien.,[1] ubi disciplinis scolasticis insistebat, ad partes se transferente remotas, idem N. de .. clericum procuratorem suum generalem in omnibus negotiis contingentibus ipsum dimisit. Cum autem B. clericus Burdegalen.[2] eundem procuratorem nomine prefati R. super quibusdam decretalibus coram .. officiali Parisien., ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine huiusmodi causarum, que inter

scolares Parisie commorantes vertitur, cognitio pertinet, non ex delegatione apostolica convenisset, dictus procurator ex eo sentiens ab eodem officiali indebite se gravari, quod ipse indutias ad deliberandum utrum vellet liti cedere vel contendere, cum nullas habuisset, sibi concedere contra iustitiam recusavit humiliter requisitus eiusdem R. nomine duxit ad nostram audientiam
f. 106v appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. usque | audias causam etc. usque observari, alioquin partes etc., appellantem etc.

a) *interlinear weiteres* non *darüber geschrieben, Texthand, Texttinte* b) *statt* indutie
c) *statt* petitione d) eo de *interlinear darüber geschrieben*

1 *Paris (Seine).*
2 *Bordeaux (Gironde).*

### 371. Quando aliquis non prosequitur appellationem infra tempus legitimum.

Iud. Sua nobis Iacobus presbiter rector ecclesie .. de .. petitione monstravit, quod, cum N. clericus[a] Bononien.[1] ipsum super eadem ecclesia, cuius rectorem se dicebat, coram .. archipresbitero de Pastina[2] Bononien. diocesis, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine huiusmodi causarum cognitio in archipresbiteratu suo, in quo rector prefatus consistit, pertinet, non ex delegatione apostolica convenisset, idem archipresbiter cognitis cause meritis et iuris ordine observato predicto Iacobo diffinitivam sententiam promulgavit, a qua idem N. ad apostolicam sedem appellans super appellatione huiusmodi ad Iacobum canonicum Anagnin.[3] Bononie commorantem ipsius sedis in consueta forma litteras impetravit, coram quo ex parte prenominati presbiteri cum[b] ipsius fuisset citatus presentia excipiendo propositum, quod, cum predictus N. appellationem huiusmodi, cum non posset, non fuisset[c] infra tempus legitimum prosecutus, prout erat legitime probare paratus, super ipsius prosecutione audiri de cetero, cum in eisdem litteris de lapsu temporis nulla mentio fieret, non debebat. Et quia dictus canonicus eundem rectorem super hoc audire contra iustitiam recusavit, ipse sentiens ex hoc indebite se gravari, nostram duxit audientiam appellandum ac predictus canonicus huiusmodi appellatione contempta predictam sententiam contra iustitiam infirmavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. usque

attemtatum[d] diffinitivam ipsam, sicut est iusta etc. usque observari, alioquin partes etc. appellantem etc.

[a)] cl *korrigiert, Texttinte* [b)] cum *mit durchstrichenem Kürzungsstrich darüber*
[c)] t *korrigiert, Texttinte* [d)] attemptatum

[1] *Bologna.*
[2] *Pastine (Diöz. Bologna). Nachweise: P. Sella, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Aemilia, Bd. 1, Città del Vaticano 1933 (Studi e Testi 60), Nr. 2985, 2996.*
[3] *Anagni (sö. von Rom, Prov. Frosinone).*

### 372. Quando molestatur quis contra indulta.

Iud. Sua nobis R. crucesignatus canonicus ecclesie de .. Conventren.[1] diocesis petitione monstravit, quod, cum B. clericus .. diocesis ipsum super capella de .. ad prebendam suam ipsius ecclesie pertinentem coram .. priore de .. auctoritate litterarum sedis apostolice traxisset in causam, ex parte ipsius canonici fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum crucesignatus[a] regni Anglie a sede sit indultum eadem, quod, quamdiu parati fuerint coram ordinariis suis de se
f. 107r conquerentibus respondere, coram iudice delegato a dicta | sede nequeant conveniri, prout erat legitime probare paratus dictus canonicus, qui de dicto regno et crucesignatus erat, cum paratus esse coram venerabili fratre nostro[b] .. Conuentren. et Lichefelden. episcopo, diocesano suo, exhibere super hoc iustitie complementum per huiusmodi litteras, in quibus de indulgentia huiusmodi mentio non fiebat et nulla clausula erat apposita, per[c] quam predicta indulgentia tolleretur, conveniri de iure non poterat nec debebat, et quia predictus prior eundem canonicum super hoc audire contra iustitiam denegavit, ipse sentiens etc. appellatum. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. usque attemptatum, partes ad ipsius episcopi, alioquin partes ad ipsius prioris remittas examen, appellantem etc.

[a)] *statt* crucesignatis [b)] n *korrigiert, Texttinte* [c)] per *mit Kürzungsstrich darüber*

[1] *Diözese Coventry-Lichfield (seit 1102 uniert).*

### 373. Quando non exprimitur causa, propter quam convenitur quis in libello.

Iud. Significavit nobis T. de .. miles, quod, cum R. de .. clericus tutor D. pupilli nati quondam M. de .. Redonen.[1] diocesis tutorio nomine ipsius D. prefatum militem super quibusdam fructibus quarundam terrarum, pecunie summa et rebus aliis coram officiali Redonen.,[a] ad quem etc. huiusmodi causarum cognitio in civitate ac diocesi Redonen., ubi partes consistunt, pertinent, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem miles causa, ex qua petebantur ab eo fructus, pecunia et res huiusmodi in libello conventionali a parte altera sibi oblato in iudicio exprimi postulavit. Et quia dictus officialis eum sine alicuius cause expressione ad respondendum eidem parti super ipso libello contra iustitiam compellebat, ipse sentiens ex hoc indebite se gravari, ad Turonen.[2] curiam appellavit. Et licet ipse appellationem suam et eius causam coram officiali eiusdem curie legitime probavisset, quia tamen idem officialis ipsius curie partes ad dicti .. officialis Redonen. remisit examen, prefatum militem in quadam pecunie summa parti alteri expensarum nomine contra iustitiam nichilominus condempnando, idem T. sentiens ex hoc indebite se gravari duxit ad nostram audientiam appellandum, ac[b] idem officialis ipsius curie huiusmodi appellationem contempta tulit excommunicationis sententiam in eundem. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a] Re- *korrigiert, Texttinte* [b] *Lesung unsicher*

[1] *Rennes (Ille-et-Vilaine). Das Bistum Rennes unterstand als Suffragan dem Erzbistum Tours.*
[2] *Tours (Indre-et-Loire).*

### 374. Quando unus iudex procedit sine altero.

f. 107v Iud. Sua nobis N. et R. filii R. de .. clerici et A. relicta quondam .. vidua petitione monstrarunt, quod, cum R. rector ecclesie de .. Norwicen.[1] diocesis ipsos communiter super quibusdam oblationibus et rebus aliis coram venerabili fratre nostro .. episcopo Norwicen. auctoritate ordinaria convenisset, eodem episcopo .. decano ecclesie de .. et .. sacriste de .. predicte diocesis causam huiusmodi per suas litteras committente, quia idem sacrista[a] absente dicto decano in eadem causa contra iustitiam procedebat, cum hoc non haberet ex

ipsarum beneficio litterarum, ex parte clericorum et vidue predictorum fuit ad sedem apostolicam appellatum. – mandamus, quatinus, vocatis etc.

[a)] *folgt* co *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich*, *durch expungieren getilgt*

[1] *Norwich (Norfolk).*

## 375. Quando impetrantur littere ante lites motas.

Iud. Sua nobis dilecta in Christo filia nobilis mulier M. de .. petitione monstravit, quod, cum A. laicus crucesignatus asserens ipsam iniuriam sibi super quadam pecunie summa contra eam super hoc ad .. decanum .. ecclesie .. tunc in partibus illis apostolice sedis legati litteras impetrasset et earum auctoritate predictam nobilem convenisset, ex parte ipsius fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum eedem littere se ad futuras non extenderent questiones et post tempus impetrationis earum controversie super premissis fuissent exorte, auctoritate litterarum ipsarum super premissis convenire non poterat nec debebat. Et quia dictus decanus eam super hoc audire contra iustitiam denegabat, ipsa sentiens ex hoc indebite se gravari etc. usque appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, revoces in statum debitum etc. usque attemptatum, alioquin etc. appellantem etc.

## 376. Quando non monetur nec citatur aliquis.[1]

Iud. Sua nobis C. de .. clericus petitione monstravit, quod, cum[a] ad vacantem ecclesiam de .. Meten.[2] diocesis ab .. abbatissa .. monasterii ..[b] ordinis ..[c] diocesis, vera patrona ipsius ecclesie, .. archidiacono loci et postmodum ab eodem ..[d] archidiacono, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine representatio rectorum eiusdem ecclesie pertinet, venerabili fratri nostro .. Meten. episcopo, loci diocesano, fuisset canonice presentatus, F. prepositus .. ecclesie eiusdem diocesis asserens se Guillelmo clerico predicte diocesis executorem a .. tunc in partibus illis legato sedis
f. 108r apostolice deputatum super provisione | dicto G. de beneficio ecclesiastico facienda et, quod predicta vacabat ecclesia, ei de ipsa, dicto G. non monito nec citato nec se per contumaciam absentantem[e] de facto, cum de[f] non posset,

providit, propter quod dictus G., quamcito id ad eius pervenit notitiam,[g] sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] ipse *zu ergänzen* [b)] *Punkte nachgetragen* [c)] *zwei Punkte zu ergänzen* [d)] *Punkte nachgetragen* [e)] *statt* absentante [f)] iure *zu ergänzen* [g)] ad *zu ergänzen*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,317f. K 175.*
[2] *Metz (Moselle).*

## 377. Non.[a]

Iud. Vmaldus presbiter canonicus Senonen.[1] nobis conquerendo monstravit, quod, cum ipse vacante ecclesia ipsa archipresbitero a capitulo ipsius, ad quas electio archipresbiteri pertinet in eadem, in archipresbiterum eiusdem ecclesie sit electus, venerabilis frater noster Saonen.[b] [2] episcopus presentatam sibi electionem huiusmodi contra iustitiam renuit confirmare. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] *am rechten Rand als Hinweis auf fehlende Überschrift; dazu vgl. im Überschriftverzeichnis Überschrift auf Rasur f. 101r* [b)] *wohl statt* Senonen.

[1] *Sens (Yonne).*
[2] *Saonen. = Savona (Prov. Genua).*

## 378. Quando aliquis privatur aliqua ecclesia.[1]

Iud. Significavit nobis I. de .. clericus, quod, cum ipse ad vacantem ecclesiam de .. a .. vero patrono ipsius ecclesie .. episcopo, loci diocesano, fuisset canonice presentatus et per eundem episcopum in ipsa ecclesia exigente iustitia institutus, .. prior de .. asserens, quod nos ipsi episcopo per nostras mandaverimus litteras, ut R. de .., pauperi clerico eiusdem diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad cuiuscumque collationem spectante, etiam si curam animarum haberet, in civitate vel diocesi .. si qua tunc vacabat ibidem vel quamcito ad[a] id se offeret oportunitas[a] per se vel alium provideret, contradictores etc., quodque idem episcopus sibi super hoc commiserat totaliter vices suas, ecclesiamam[b] ipsam postmodum eidem R., quamquam nullum ius in ea per inhibitionem vel alias ei fuisset ante institutionem huiusmodi

acquisitum contra iustitiam contulit auctoritate huiusmodi litterarum in eiusdem I. preiudicium et gravamen, propter quod prefatus I. quamcito ad eius pervenit notitiam, ad nostram duxit audientiam appellandum. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a-a)] *auf Rasur, Texthand, Texttinte* [b)] *statt* ecclesiam

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel in der Handschrift Ottob. lat. 762 Nr. 170.*

## 379. Quando non admittitur procurator.

Iud. Sua nobis .. conquestione monstravit, quod, cum .. prior sancti Stephani de ... diocesis asserens se conservatorem .. abbati[a] et conventus monasterii de .. .. diocesis a sede apostolica deputatum, ad eorundem abbatis et conventus instantiam dictum .. coram se sine expressione alicuius cause personaliter
f. 108v citavisset, idem ex eo sentiens ab eodem priore indebi|te se gravari, quod ipse procuratorem eius legitimum mandatum sufficiens exhibentem admittere contra iustitiam denegavit, quamquam causa rationabilis non subesset, propter quam deberet personaliter interesse, nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] *statt* abbatis

## 380. Quando recipiuntur testes post assensum alicuius eo non monito nec citato.

Iud.[a] Sua nobis G. de .. miles petitione monstravit, quod, cum P. de .. laicus Maguntin.[1] diocesis ipsum super terris et rebus aliis coram .. scolastico ecclesie Maguntin. auctoritate venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Maguntin., ad quem de antiqua etc. huiusmodi causarum cognitio in diocesi Maguntin., ubi dictus miles consistit, pertinet, traxisset in causam, idem miles sentiens ab eode[b] scolastico ex eo indebite se gravari, quod eo non monito nec citato nec se per contumaciam absentante testes partis adverse preter eius assensum contra iustitiam admittebat, sedem apostolicam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. usque attemptatum.

[a)] I *korrigiert, Texttinte* [b)] *statt* eodem

[1] *Mainz.*

## 381. Quando quis compellitur producere testes, quos iterum produxerat.

Iud. Sua nobis G. de .. clericus in minoribus ordinibus constitutus petitione monstravit, quod, cum inter ipsum et Ysabellam mulierem, natam .. de .. Senonen.[1] diocesis coram .. officiali Senonen. non ex delegatione apostolica matrimonii questio verteretur, quia[a] idem officialis lite coram eo legitime contestata et receptis testibus et attestationibus publicatis eundem G. ad producendum iterato in expensis propriis testes, quos in causa ipsa produxerat, qui bis examinati fuerant et quorum dicta erant etiam publicata contra iustitiam compellebat, ipse sentiens ex hoc indebite etc. – mandamus, quatinus etc.

[a)] a *nachgetragen und korrigiert, Texttinte*

[1] *Sens (Yonne).*

## 382. Quando conveniuntur plures[a] quam quatuor per „quidam alii“.

Iud. Sua nobis R. et G. de .. fratres laici petitione monstrarunt, quod, cum P. laycus crucesignatus .. diocesis ipsos communiter auctoritate litterarum sedis apostolice per illam generalem clausulam „quidam alii“ coram .. cantore .. ecclesie .. diocesis super terris et rebus aliis traxisset in causam, ex parte ipsorum fratrum fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum per eandem clausulam auctoritate litterarum ipsarum plures quam quatuor preter fratres predictos contra tenorem constitutionis in Lugdunen. concilio[1] edite conventi fuissent, prout erant iidem fratres docere parati, ipsi eiusdem pretextu clausule per easdem litteras conveniri non poterant nec debebant. Et quia nominatus
f. 109r cantor | hanc exceptionem eorum legitimam admittere contra iustitiam denegabat, ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari etc. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc.

[a)] *davor weiteres* plures *expungiert*

[1] *c. 1 Conc. Lugd. I = VI 1.3.2.*

## 383. Quando aliquis nobilis convenitur suppressa in litteris nobilitate sua.

Iud. Sua nobis dilectus filius nobilis vir G. de .. petitione monstravit, quod, cum abbas et conventus de .. .. diocesis contra ipsum super iure patronatus ecclesie de .. eiusdem diocesis ad .. archidiaconum de .. eiusque collegas litteras apostolicas impetrassent ac ipsarum auctoritate citari fecissent eundem, ex parte dicti G. fuit excipiendo propositum coram eis, quod, cum ipse nobilis existat et in predictis litteris miles simpliciter vocaretur et nobilitatem eius per fraudem et malitiam dicti abbas et conventus, ut litteras sine contradictione ac iudicum conventione facilius obtinerent, subticere[a] curassent per huiusmodi litteras conveniri non poterat[b] nec debebat. Et quia prefati iudices super hoc contra iustitiam non audiebant[c] eundem, ipse sentiens ex hoc etc. usque appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, revoces etc., alioquin etc. appellantem etc.

a) *statt* subdicere b) poterant, n *expungiert* c) audiebant *mit Kürzungsstrich über* ie

## 384. Quando aliquis convenitur ab orphano domino ipsius[a] non monito.

Iud. Significavit nobis G. de .. miles, quod, cum P. de .. laicus .. diocesis se pauperem orphanum asserens contra eundem militem super terris et rebus aliis, super quibus eundem militem sibi iniuriari dicebat, ad .. priorem de .. in consueta forma litteras apostolicas impetrasset, ex parte ipsius militis fuit contra[b] eodem priore,[c] in cuius[d] fuit citatus presentia, excipiendo propositum, quod, cum dominus, sub cuius iurisdictione miles ipse consistit, qui iuxta litterarum ipsarum tenorem prius moneri debebat, coram quo dictus G. paratus erat dicto laico exhibere iustitie complementum, adhuc monitus non fuisset, predictus prior, nisi prius moneretur predictus dominus, qui super hoc non erat negligens vel remissus, de causa ipsa cognoscere de iure non poterat nec debebat. Et quia idem prior ipsum super hoc audire contra iustitiam[e] denegavit, ipse sentiens ex hoc etc. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc.

[a] ipsius *mit weiterem* -s [b] *statt* coram [c] *statt* priorem
[d] priorem in cuius *auf Rasur, Texthand, Texttinte* [e] a *korrigiert, Texttinte*

## 385. Quando recipiuntur[a] testes ante terminum preter assensum eius.

Iud. S. rector ecclesie de .. nobis exposuit, quod, cum R. de .. presbiter .. diocesis ipsum frater[b] quibusdam pecunie summis coram I. cantore .. ecclesie auctoritate apostolica traxisset in causam, tandem dicto presbitero quasdam
f. 109v positiones, que utpote impertinentes admittende non | erant, coram eodem canonico in iudicio exhibente idem canonicus ad interloquendum super hoc certum terminum partibus assignavit. Et quia idem iudex terminum ipsum preveniens ad receptionem testium partis alterius super eisdem positionibus contra iustitiam procedebat, cum causa rationabilis non subesset, propter quam facere hoc deberet, dictus rector sentiens ex hoc etc. usque appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc.

[a] recipiuntur *mit weiterem, durchstrichenem Kürzungsstrich darüber* [b] *wohl statt* super

## 386. Quando aliqua priorissa convenitur et non datur ei terminus ad ducendum abbatissam, cui subest, in iudicium.

Iud. Sua nobis dilecte in Christo filiabus[a] .. priorissa et conventus monasterii de .. ordinis fontis Ebr.[b] [1] petitione monstrarunt, quod, cum ..[c] rector ecclesie de ... diocesis ipsas super decimis et rebus aliis coram .. canonico Carnoten.,[2] cui .. officialis et magister P. canonicus .. ecclesie, iudices a sede apostolica delegati, commiserant in hoc non tamen totaliter vices suas, traxisset in causam, ex parte ipsorum priorisse et conventus coram eodem subdelegato fuit excipiendo propositum, quod, cum idem monasterium ad monasterium[d] fontis Ebr. .. diocesis pleno iure in spiritualibus et temporalibus pertinere noscitur et .. abbatissa fontis Ebr. .. priorissam dicti monasterii instituat et destituat pro sue arbitrio voluntatis, sine cuius abbatisse licentia predicte priorissa et conventus agere vel respondere aut etiam rem in iudicium deducere nequeunt, prout erant legitime probare parate, terminum competentem, infra quem hoc prefate abbatisse significare possent, cum ab ipso subdelegato[e] nullum habuerint,

postularunt. Et quia idem subdelegatus ipsas super hoc audire denegans ad respondendum ipsi rectori eas contra iustitiam compellebat, eedem sentientes indebite se gravari, primo ad ipsos iudices ac dictum ab eis huiusmodi gravamen revocare nolentibus ad nostram audientiam appellarunt, ac dictus subdelegatus huiusmodi appellatione contempta in eandem priorissam et quasdam alias moniales de ipso conventu excommunicationis sententiam promulgavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *statt* filie b) *wohl* Ebraudi c) *Punkte nachgetragen*
d) m *korrigiert, Texttinte* e) *auf Rasur, Texttinte*

1 *Fontevrault-l'Abbaye, Diöz. Poitiers (Maine-et-Loire). Nachweis: Les registres d'Alexandre IV, Nr. 442.*
2 *Chartres (Eure-et-Loir).*

## 387. Quando iudex, qui fuit habitus suspectus, non compellit arbitros ad procedendum.

Iud. Sua nobis A. rector ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum R.
f. 110r perpetuus capellanus .. capelle | Tholosan.[1] eum super dicta ecclesia coram .. abbate sancti Saturnin. Tholosan.[2] auctoritate litterarum .. tunc in partibus illis apostolice sedis legati traxisset in causam, idem rector habens ipsum abbatem ea ratione suspectum, quod contra abbatem eundem super eo, quod ipsum rectorem quadam vinea contra iustitiam spoliarat, coram .. auctoritate venerabilis fratris .. episcopi Tholosan., loci diocesani, causam habebat, arbitros, coram quibus suspitionem probaret huiusmodi, petiit sibi dari. Et licet idem abbas duos arbitros a partibus electos ad hoc sibi duxerit concedendos, tamen, quia eosdem arbitros, qui de causa suspitionis huiusmodi, cuius cognitionem sponte susceperant,[a] malitiose et sine causa rationabili per tres menses et amplius se intromittere distulerunt humiliter requisiti compellere procederent, contra iustitiam recusavit humiliter requisitus per ipsum rectorem, idem rector sentiens ex hoc indebite se gravari etc. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *statt* susceperat

1 *Toulouse (Haute-Garonne).*

[2] *Augustinerkloster S.-Sernin, Toulouse. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 1880, 2053, 2284, 2418; Les registres de Clément IV, Nr. 1703.*

### 388. Quando non conceditur tertia productio testium.

Iud. Sua nobis R. presbiter, rector .. ecclesie petitione monstravit, quod, cum ipse R. laicum et .. uxorem eius Bathonien.[1] diocesis super terris et rebus aliis coram .. officiali Rothomagen.,[2] in qua laicus et uxor predicti consistunt, pertinet, non ex delegatione apostolica convenisset, rector ipse ex eo sentiens ab eodem officiali indebite se gravari, quod tertiam productionem testium cum sollempnitate iuris sibi concedere contra iustitiam recusavit humiliter requisitus, cum testificata nullatenus didicisset et attestationes non essent etiam publicate, ad nostram duxerunt audientiam appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc.

[1] *Bath (Somerset).*
[2] *Rouen (Seine-Maritime).*

### 389. Quando indulgetur alicui monasterio, quod non teneatur providere alicui et postea convenitur per litteras, in quibus non fit mentio de indulto.

Iud. Sua nobis dilectus filius .. abbas et conventus monasterii de .. ordinis Vallis Vmbr.[1] petitione monstrarunt, quod, cum .. prior de .. Wlteran.[2] diocesis eis auctoritate, ut dicebat, litterarum sedis apostolice mandavisset, ut Iohanni dicto .. laico Senen.[3] quandam frumenti et vini quantitatem annis singulis exhiberent, alioquin promulgabat excommunicationis sententiam in eosdem, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum eidem ordini a sede apostolica[a] sit indultum eadem, ut persone ipsius ad huiusmodi
f. 110v provisionem faciendam alicui | compelli non possint per litteras apostolicas, que de ordine ipso et indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, prout erant per exhibitionem ipsius indulti legitime probare parati, ad providendum dicto laico de frumento et vino predictis per litteras easdem, in quibus de ordine ac indulto prefatis nulla mentio habebatur et in quibus nulla continebatur clausula, per quam indultum huiusmodi tolleretur, compelli de iure non poterant nec debebant. Et quia dictus prior eos super hoc audire contra

iustitiam denegavit, ipse sentiens ex hoc etc. usque appellandum ac idem prior huiusmodi appellatione contempta prefatos abbatem et conventum fecit de facto, cum de iure non posset, excommunicatos publice nuntiari. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[a)] *expungiert*

[1] *Vallombrosa, Kloster (Prov. Florenz).*
[2] *Volterra.*
[3] *Siena.*

## 390. Quando excipitur contra iudicem, quod non habet potestatem in ipsum.

Iud. Sua nobis I. perpetuus vicarius ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum Adam de .. presbiter .. diocesis ipsum coram I. de .. clerico auctoritate dilecti filii magistri R. capellani[1] nostri tunc in partibus illis nuntii nostri super perpetua vicaria ecclesie predicte traxisset in causam, idem vicarius excipiendo proposuit coram I. predicto, quod, cum prefatus capellanus non esset eius iudex ordinarius nec etiam delegatus nec cognoscendi de causis huiusmodi nulla recepisset a sede apostolica potestatem, coram dicto I. auctoritate ipsius capellani conveniri de iure non poterat nec debebat, et quia idem magister I. eum super hoc audire contra iustitiam denegavit, ipse sentiens ex hoc etc. usque appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

[1] *Nicht identifiziert.*

## 391. Quando aliquis functus officio suo resumit iterum causam.

Iud. Sua nobis P. rector ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum N. de .. laicus .. diocesis falso asserens, quod idem rector teneretur certis diebus in edomata[a] in capella de .. facere celebrari divina, ipsum super hoc coram .. archidiacono ecclesie de .. eiusdem diocesis, ad quem de antiqua etc. huiusmodi causarum cognitio in archidiaconatu suo, in quo partes consistunt, pertinet, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, idem archidiaconus perperam in causa ipsa procedens diffinitivam contra eum sententiam

promulgavit iniquam, a qua idem rector ad apostolicam sedem appellans nostras super appellatione sua ad .. cantorem Saresbrien.[1] litteras impetravit.
f. 111r Sed magister scolasticus Saresbr., cui prefatus[b] | cantor commisit in huiusmodi negotio totaliter vices suas, in appellationis causa procedens legitime eandem sententiam infirmavit iustitia exigente. Sed postmodum, cum prefatus magister scol(asticus) iurisdictionem suam de facto, cum de iure non posset, resumens eundem rectorem ad litigandum interato[c] coram eo super eadem appellatione citari fecisset, ex parte ipsius fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum idem in causa appellationis[d] eiusdem esset officio suo functus, litigare coram eo super eadem ipsum cogere de iure non poterat nec debebat invitum, et quia idem eum ad litigandum coram ipso super hoc contra iustitiam compellebat, ipse sentiens ex hoc etc. usque appellavit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *statt* ebdomata b) cantor *Reklamant* c) *statt* iterato
d) *zweites* i *aus* e *korrigiert, Texttinte*

1 *Salisbury (Wiltshire).*

## 392. Quando non servatur arbitrium.

Iud. Exhibita nobis dilecti filii .. abbatis et conventus monasterii de .. ordinis sancti Benedicti ad Romanam etc. petitio continebat, quod, cum inter ipsos[a] ex parte una et .. priorissam et conventum monasterii de ... diocesis super terris et rebus aliis ex[b] altera coram .. et eius iudicibus auctoritate apostolica questio verteretur, tandem iidem iudices, in quos fuit tanquam in arbitros a partibus sub certa pena sponte et concorditer compromissum, rite in negotio procedentes equum tulerunt arbitrium inter partes. Et licet utraque pars illud unanimiter duxerint acceptandum, dicte tamen priorissa et conventus postmodum in contrarium voluntate mutata dictum arbitrium indebite observare[c] non curant. – mandamus, quatinus, si est ita, easdem[d] priorissam et conventum ad observandum arbitrium, sicut est equum et a partibus acceptatum, monitione premissa per penam in compromisso expressam appellatione remota previa ratione cogatis.

a) os *korrigiert, Texttinte* b) ex *auf Rasur, Texttinte* c) ob *interlinear darüber geschrieben, Texttinte*
d) a *korrigiert, Texttinte*

## 393. Exceptio, quando fit cautio per litteras auditoris[a] contradictarum pro aliquo et postea convenitur.[1]

Iud. Sua nobis El. canonicus .. ecclesie petitione monstravit, quod, cum .. decanus et capitulum ipsius ecclesie Maguntin.[2] diocesis asserentes, quod quidam, qui in ecclesia ipsa recepti fuerant et quorum receptiones cassate[b] erant per constitutionem nostram, per quam receptiones[c] prebendas expectantium vacaturas factas in ecclesiis, quatuor dumtaxat exceptis, decrevimus[d] irritas et inanes,[3] ipsos super provisione sua multipliciter molestabant, contra eos ad .. scolasticum Noembr.[e] [4] sub certa forma nostras litteras impetrassent, .. procuratore[f] ipsius L.[g] eius nomine litteris ipsis in
f. 111v audientia[h] publica contradixit,[5] | quas tandem ea conditione absolvit, ut non posset per eas aliquatenus conveniri, quodque pars altera coram dilectis filiis I., capellano nostro et contradictarum nostrarum auditore,[i] [6] procuratori promisit eidem, prout in litteris ipsius auditoris inde confectis[7] plenius dicitur contineri. Cumque dicti decanus et capitulum eundem Rb.,[j] quamquam sit unus de reservatis per constitutionem predictam, in eadem ecclesia, auctoritate dictarum litterarum nostrarum coram eodem scolastico citari fecisset,[k] ex parte ipsius E. fuit excipiendo propositum coram eo, quod, per huiusmodi eiusdem auditoris litteras cautum esset eidem, ut per predictas litteras nostras non posset aliquatenus conveniri, sicut superius est expressum, prout erat per easdem ipsius auditoris litteras legitime probare paratus, per litteras predictas ad scolasticum[l] eundem obtentas conveniri non poterat nec debebat. Et quia dictus scolasticus dictum El. super hoc audire contra iustitiam denegavit, ipse sentiens ex hoc etiam cetera[m] usque appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, revoces[n] etc.

a) to *korrigiert, Texttinte* b) t *aus* r *korrigiert, Texttinte* c) et *zu ergänzen* d) *zweites* e *korrigiert, Texttinte* e) *wohl statt* Nuembr. f) *statt* procurator g) *wohl statt* El. h) *zweites* i *aus* a *korrigiert, Texttinte* i) *durch Umstellungszeichen aus* auditore nostrarum *korrigiert* j) *wohl statt* El. k) *statt* fecissent l) st *korrigiert, Texttinte* m) *statt* etc. n) *wohl statt* vocatis

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel im Formularium audientie, ed.* HERDE, *Audientia 2,91ff. δ 11.*
[2] *Mainz.*
[3] *Es handelt sich um die Konstitution „Execrabilis" Alexanders IV. (1255 April 5) (Les registres d'Alexandre IV, Nr. 997;* POTTHAST *15776; für weitere Drucke vgl.* HERDE, *Audientia 2,92 Anm. 1). Diese Konstitution, die die Anzahl der Exspektanzen für jedes Kapitel auf vier begrenzte, blieb nicht in Kraft und wurde daher auch nicht in den „Liber Sextus" aufgenommen. Vgl.* HINSCHIUS *3,122;* SÄGMÜLLER *1,353; G.* BARRACLOUGH, *The Constitution*

*„Execrabilis" of Alexander IV, in: English Hist. Review 44 (1934), 193ff., dort 208 Anm. 3 und 209; vgl. ausführlich auch* HERDE *a. a. O. mit weiterer Literatur. Es ist davon auszugehen, dass dieses Stück von Alexander IV. stammt, da hier die Konstitution als „constitutio nostra" bezeichnet wird. Als Datierung ist der Zeitraum (1255 April 5 - 1261 Mai 25) anzugeben. Vgl. auch dazu* HERDE *a. a. O.*
[4] *Es handelt sich wohl um Naumburg.*
[5] *Ausführlich über dieses Verfahren* HERDE, *Beiträge 213ff.;* DERS., *Audientia 1,29.*
[6] *Iohannes de Camezano ist unter Alexander IV. als auditor litterarum contradictarum belegt. Vgl.* HERDE, *Beiträge 22ff.*
[7] *Diese Schriftstücke werden als cautiones bezeichnet. Vgl.* HERDE, *Beiträge 261f.;* DERS. *Audientia 1,30; 2,92 Anm. 4.*

## 394. Quando aliquis non monitus nec citatus privatur aliqua ecclesia.[1]

Iud. Sua nobis R. de .. rector ecclesie de ... diocesis petitione monstravit, quod, cum I. de .. clerici eiusdem diocesis asserens ipsum eandem ecclesiam curam animarum[a] habentem cum quibusdam aliis beneficiis ecclesiasticis similem curam habentibus sine dispensatione sedis apostolice contra generalis statuta concilii[2] detinere eum auctoritate, ut dicebat, venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Cant.,[b] [3] loci metropolitani, ad quem sede Norwicen.[4] vacante, que tunc vacabat, episcopalis iurisdictio in civitate et diocesi Norwicen. de antiqua etc. usque consuetudine[c] pertinere dinoscitur, non monitum nec convictum nec confessum nec se per contumaciam absentantem decrevit privandum fore ecclesia supradicta, propter quod idem rector ad nos vocem appellationis emisit. – mandamus, quatinus vocatis etc.

a) *Kürzungsstrich durchstrichen* b) wohl Cantuarien. c) tu *korrigiert, Texttinte*

[1] *Vgl. eine ähnliche Formel in der Handschrift Ottob. lat. 762 Nr. 169, oben S. 70f.*
[2] *c. 13 Conc. Lat. III = X 3.4.3.*
[3] *Es handelt sich wohl um Canterbury (Kent).*
[4] *Norwich (Norfolk). Das Bistum Norwich unterstand als Suffragan dem Erzbistum Canterbury. Für die Vakanzen vgl.* GAMS *195;* EUBEL *1,371.*

## 395. Exceptio, quando iudex est suspectus et non dat arbitros.

Iud. Sua nobis R. presbiter ecclesie de .. petitione monstravit, quod, cum abbas et conventus monasterii de .. .. ordinis .. diocesis ipsum super .. coram .. priore sancti .. de .. auctoritate apostolica traxisset in causam, idem presbiter habens dictum priorem ea ratione suspectum, quod ipse parti adverse nimis favorabilis

existebat et sibi omnino tamquam advocatus prestabat patrocinium in causa huiusmodi contra eum arbitros, coram quibus huiusmodi suspitio probaretur, ab eodem priore petiit sibi dari. Et quia dictus prior ei arbitro[a] huiusmodi
f. 112r concedere contra iustitiam denegavit, predictus | presbiter sentiens ex hoc indebite se gravari, nostram audientiam appellavit. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum etc.

[a)] *statt* arbitros

396. Exceptio, quando convenitur aliquis tempore messium feriato. Iud. Sua nobis venerabilis frater noster .. episcopus Saresbrien.[1] petitione monstravit, quod, cum magister S. de .. clericus Hereforden.[a] [2] diocesis asserens se rectorem ecclesie de Vple[3] Saresbrien. diocesis et quod dictus episcopus super eadem ecclesia minabatur[b] episcopum ipsum, super hoc .. officiali venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Cantuarien.,[4] loci metropolitani, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, prefatus episcopus ex eo sentiens ab eodem officiali indebite se gravari, quod ipsum tempore messium feriato circa[c] rem rusticam occupatum litigare contra iustitiam compellebat, cum non urgeret necessitas nec pietas[d] suaderet, ad nostram duxit audientiam appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, revocato etc. usque attemptatum audias causam etc., alioquin partes etc. appellates[e] etc.

[a)] He *korrigiert, Texttinte* [b)] *wohl statt* iniuriabatur [c)] circa *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich über* rca [d)] e *korrigiert, Texttinte* [e)] *statt* appellantes

[1] *Salisbury (Wiltshire). Das Bistum Salisbury unterstand als Suffragan dem Erzbistum Canterbury.*
[2] *Hereford (Herefordshire). Das Bistum Hereford unterstand als Suffragan dem Erzbistum Canterbury.*
[3] *Nicht identifiziert.*
[4] *Canterbury (Kent).*

### 397. Quando causa vertitur inter duos super aliqua re et aliquis alter dicens se habere ius in causa et non admittitur ad docendum de iure suo.

Iud. Significavit nobis rectore[a] ecclesie de .. loco .. diocesis, quod, cum S. de .. clericus .. diocesis asserens ecclesie predicte se rectorem et quod venerabilis frater noster .. episcopus Saresbrien.[1] super ecclesia ipsa iniuriabatur eidem, episcopum ipsum super hoc coram .. officiali venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Cantuarien.,[2] loci metropolitani, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, prefatus G. rem suam agi conspiciens et metuens sibi ex hoc preiudicium generari, ad docendum de iure suo se postulavit admitti. Et quia dictus officialis eum ad hoc admittere contra iustitiam denegavit, ipse sentiens etc. usque appellandum, audias, que idem Guillelmus pro iure suo duxerit proponenda,[b] et auditis hinc inde propositis etc., alioquin partes etc. appellantem etc.

a) *statt* rector b) *statt* proponendum

1 *Salisbury (Wiltshire). Das Bistum Salisbury unterstand als Suffragan dem Erzbistum Canterbury.*
2 *Canterbury (Kent).*

### 398. Quando relaxatur sententia excommunicationis et non recipitur[a] cautio de stando iuri et de satisfactione expensarum parti adverse.

Iud. Sua nobis H. civis Argentinen.[1] crucesignatus petitione monstravit, quod, cum ipse I. mulierem Argentinen. super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. officiali Argentinen., ad quem de antiqua etc. huiusmodi causarum cognitio in civitate Argentinen. dignoscitur pertinere, non ex delegatione
f. 112v apostolica traxisset in causam, idem officialis in predictam | mulierem, quia citata legitime comparere coram eo in prefixo sibi termino peremptorio competenti contumaciter denegavit, propter huiusmodi contumaciam manifestam excommunicationis promulgavit sententiam iustitia exigente. Verum dicta mulier ab eodem officiali sufficienti conficto gravamine ad apostolicam sedem appellans super appellatione sua ad .. decanum ecclesie de i .[b] ipsius sedis litteras impetravit, quod eodem cive non monito nec citato nec se

per contumaciam absentante nullaque ab eadem muliere de stando iuri cautione recepta contra iustitiam predictam sententiam relaxavit, propter quod dictus civis, quamcito ad ipsius pervenit notitiam, ad nostram duxit audientiam appellandum. – mandamus, quatinus, si est ita, dictam mulierem, nisi ab ea idonea cautio de stando iuri prestetur et congrua satisfactio parti alteri pro expensis in pristinam excommunicationis sententiam reducentes ac revocantes in statum debitum, quicquid post appellationem eandem inveneritis temere attemptatum, in causa ipsa appellatione remota previa ratione procedas iuxta directarum ad eundem decanum continentiam[c] litterarum, alioquin partes ad ipsius decani remittatis examen, appellantem etc.

a) cipi *korrigiert, Texttinte* b) *statt ..* c) *stark gekürzt*

1 *Straßburg (Bas-Rhin).*

## 399. Quando aliquod capitulum molestatur ab executoribus cassatorum per constitutionem.

Iud. Sua nobis dilecti filii .. decanus et capitulum ecclesie sancti Stephani Maguntin.[1] petitione monstravit, quod, licet receptiones quamplurium clericorum, qui apostolice sedis et legatorum eius auctoritate nec non et motu proprio capituli eiusdem ecclesie recepti fuerant in eadem, pro eo, quod quaternarium excedebant numerum per constitutione[a] a nobis editam sunt cassate,[2] nichilominus tamen sic recepti per executores sibi deputatos faciunt adhuc in dictos decanum et capitulum interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias promulgari alias ipsos occasione huiusmodi contra iustitiam molestantes, propter quod duxerunt ad nostram providentiam recurrendum. – mandamus, quatinus, si est ita, eisdem executoribus ex parte nostra inhibere procures, ne de cetero adversus eosdem decanum et capitulum contra ipsius constitutionem[b] tenorem procedant auctoritate huiusmodi litterarum ac denunties nichilominus non tenere, si quid per eos propter hoc contra prefatos decanum et capitulum contra tenorem constitutionis eiusdem fuerit attemptatum, contradictores etc.

a) *statt* constitutionem b) *statt* constitutionis

[1] *Stiftspfarrei von St. Stephan, Mainz. Nachweise: R. DERTSCH, Die Urkunden des Stadtarchivs Mainz, Mainz 1962 (Beiträge zur Geschichte der Stadt Mainz, Bd. 20 Teil 1), Nr. 40, 45, 115, 128 u. ö. Vgl. dazu L. FALK, Mainz in seiner Blütezeit als freie Stadt (1244-1328), Düsseldorf 1973 (Geschichte der Stadt Mainz Bd. 3), 43, 47.*
[2] *Es handelt sich wohl um die Konstitution „Execrabilis" Alexanders IV. (1255 April 5). Vgl. Nr. 393 Anm. 3.*

## 400. Appellatio a diffinitiva super natalibus.[1]

Sua nobis G. et I. laici petitione monstrarunt, quod Guillelmo Lebrun, f. 113r laico Londonien.[2] diocesis, in | bonis quondam patris suis[a] succedere contendente, cui G. et I. predicti tamquam proximiores sucedere[b] debent,[c] cum idem G. non sit de[d] legitimo matrimonio procreatus, ac orta inter G. et I. predictos ex parte una et eundem Guillelmum super natalibus[e] ipsius ex altera coram officiali Londonien. non ex delegatione apostolica materia questionis, idem officialis perperam in causa ipsa procedens contra G. et I. predictos diffinitivam sententiam promulgavit iniquam, a qua ipsi ad Cantuarien.[3] curiam et demum ab officio eiusdem curie, quia contra iustitiam sententiam confirmavit eandem, ad sedem apostolicam appellarunt. – mandamus, quatinus legitime[f] de sententia ipsa cognoscens, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas faciens, quod decreveris etc.

[a] *statt* sui [b] *statt* succedere [c] debent *mit übergeschriebenem Kürzungsstrich, durchstrichen* [d] d *korrigiert, Texttinte* [e] natalibus *mit übergeschriebener* us-*Kürzung* [f] l *aus* d *korrigiert, Texttinte*

[1] *Das ist das letzte Stück, das im Inhaltsverzeichnis f. 101v noch genannt wird.*
[2] *London. Das Bistum London unterstand als Suffragan dem Erzbistum Canterbury.*
[3] *Canterbury (Kent).*

## 401. Quando mandatur relaxari sententia contra aliquem latam contra statuta concilii generalis.

Iud. Rogerus et Iohannes de Castro Caminarum presbiteri nobis significare curarunt, quod .. abbas monasterii de Argentella[1] ordinis sancti Benedicti Sabinen.[2] diocesis, qui in dicto castro iurisdictionem spiritualem dicitur obtinere, in eos nulla competenti monitione premissa sine causa rationabili auctoritate propria excommunicationis sententiam promulgavit contra statuta concilii generalis.[3] Unde eidem damus[a] nostris litteris in mandatis, ut, si[b] est ita, sententiam ipsam infra octo dies post susceptionem earum sine qualibet

difficultate relaxet. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus abbas mandatum nostrum infra prescriptum tempus neglexerit[c] adimplere, tu extunc sufficienti ab eis super hiis, pro quibus excommunicati habentur, cautione recepta iuxta formam ecclesie sententiam relaxes eandem et iniuncto eis, quod de iure fuerit iniungendum, audias, si quid fuerit questionis et appellatione remota debito fine decidas, faciens etc., proviso, quod, si pro manifesta offensa eadem sit prolata sententia, nisi prius ab excommunicatis sufficiens prestetur emenda nullatenus relaxetur. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante etc.

[a)] da *korrigiert, Texttinte* [b)] su*, zweiter Schaft des* u *expungiert*
[c)] neglexerint, *übergeschriebener Kürzungsstrich durchstrichen*

[1] *S. Johannis de Argentella (Diöz. Sabina). Nachweis: Les registres d'Honorius IV, Nr. 974.*
[2] *Sabina.*
[3] *c. 47 Conc. Lat. 4 = X 5.39.48.*

402.[a]

Episcopo .. Dilectus filius magister .. capellanus noster, persona ecclesie de .. tue diocesis, sua nobis conquestione monstravit, quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster olim in causa, que inter ipsum et .. de .. clericum .. diocesis super predicta ecclesia vertebatur,[1] primo dilectum filium
f. 113v nostrum P. sancti Georgii ad | velum aureum diaconum cardinalem[2] et postmodum venerabilem fratrem nostrum magistrum Martinum episcopum Mantuan.[3] tunc Parisien.[b 4] prepositum et capellanum predecessoris eiusdem ac demum dilectum filium nostrum R. sancti Angeli diaconum cardinalem[5] dederit auditores.[c] Idem R. cardinalis cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine observato diffinitivam pro ipso magistro B. sententiam promulgavit, prout in ipsius R. cardinalis litteris exinde confectis plenius dicitur contineri. Idemque predecessor postmodum eandem sententiam apostolica auctoritate confirmans bone memorie .. episcopo Cistercien.,[d 6] predecessori tuo, in virtute obedientie suis dedit litteris in mandatis, ut prefatum capellanum vel procuratorem suum eius nomine per se vel per alium in eiusdem ecclesie possessionem corporalem inducens et defendens inductum sibique de fructibus a tempore mote litis ex illa perceptis satisfactionem iuxta ipsius tenorem

f. 114r

sententie faciens plenariam exhiberi[e] invocato ad hoc, si necesse esset, auxilio brachii secularis non permitteret eum super premissis contra confirmationis ipsius tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, et si prefatus A. super hiis per se vel per alium eidem se opponeret capellano aut sibi iuxta prefate sententie seriem de fructibus non satisfaceret memoratis, idem episcopus proventus dicte ecclesie ad opus dicti capellani colligere ac conservare curaret non permittens, quod alias dicto A. vel alii in eiusdem capellani preiudicium responderent de bonis ecclesie supradicte ac nichilominus prefigeret ipsi A. terminum peremptorium competentem, quo se ipsius predecessoris conspectui presentaret mandatum super hoc apostolicum impleturus, non obstantibus appellatione per procuratorem prefati A. ab ipsa sentenia interposita, quam idem predecessor admittendam non duxit seu, si eidem A. vel aliquibus aliis de regno Anglie[7] a sede apostolica indultum existeret, quod extra regnum Anglie in causam trahi vel ad iudicium evocari aut per ipsius sedis | litteras interdici, suspendi vel excommunicari non possent, nisi in eis de indulto huiusmodi expressa mentio haberetur et constitutioni de duabus dietis edita in concilio generali.[8] Sed predicto episcopo predecessore tuo viam universe carnis ingresso dictus capellanus nullum ex huiusmodi litteris commodum reportavit. Unde tibi ad instar prefati predecessoris in virtute obedientie et sub pena excommunicationis et suspensionis ab officio et collatione beneficiorum nostris dederimus litteris districte in preceptis, ut omni mora, dilatione ac excusatione cessantibus in negotio ipso procederes iuxta directarum ad eundem episcopum predecessorem tuum continentiam litterarum et rescriberes nobis quicquid super hiis[f] duceres faciendum, et si quid de proventibus prefate ecclesie ad manus tuas quocumque modo pervenerat, illud ad opus dicti capellani conservare studeres. Sed tu, quod mandavimus, exequi non curasti sicque dictus capellanus prefatam ecclesiam non potuit obtinere. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus infra unum mensem post receptionem presentium in huiusmodi procedas negotio iuxta priorum directarum ad te nostrarum continentiam litterarum, alioquin dilectis filiis Iacobo de Portu Siracusan.[9] et Guiscardo de Mutina[10] ecclesie de Campiliola[11] Regine[12] diocesis in Anglia[13] commorantibus canonicis nostris damus litteris in

mandatis, ut extunc ab executione pontificalis officii te suspendant et si sic suspensus huiusmodi mandato nostro adhuc parere contempseris, in personam tuam postmodum sententiam proferat interdicti. Dat. etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *statt* Parmen. [c)] *folgt* Idem R. cardinalis dederit auditores *in Texttinte, gestrichen* [d)] *wohl statt* Cicestren. [e)] -i *aus* -e *korrigiert, Texttinte* [f)] *durch Umsetzungszeichen aus* super hiis quicquid *korrigiert*

[1] *Innocenz IV.*
[2] *In Frage kommt Petrus Capoccius, Kardinaldiakon von S. Georg ad velum aureum (1244 September 27 - 1259 April 30, † 1259 Mai 20). Vgl. MAULBACH 22; EUBEL 1,7, 50; PARAVICINI BAGLIANI 14-17, 359 Anm. 16.*
[3] *Mantua. In Frage kommt Martinus von Parma (de Puzolerio) (1252 Mai 31 - 1268 Juli 24). Vgl. GAMS 794; EUBEL 1,325.*
[4] *Martinus de Puzolerio war Propst von Parma. Nachweis: Les registres d'Innocent IV, Nr. 5721 (POTTHAST 14616). Unter Innocenz IV. als auditor belegt. Nachweis: Les registres d'Innocent IV Nr. 7530. Vgl. EUBEL 1,325.*
[5] *Richardus de Annibaldis, Kardinaldiakon von S. Angelo (1239 April 15 - 1273 Januar 13, † 1276); MAULBACH 7; EUBEL 1,6, 49; PARAVICINI BAGLIANI 28 mit Anm. 1 (Literatur).*
[6] *Chichester (Sussex); Richard II Wich (1245 März 5 - 1253 April 3) Bf. v. Chichester. Vgl. GAMS 185; EUBEL 1,187.*
[7] *England.*
[8] *c. 37 Conc. Lat. IV = X 1.3.28.*
[9] *Möglicherweise handelt es sich um Jakob von Portu, Kanoniker und Thesaurar von Syrakus. Nachweise: Les registres d'Urbain IV, Nr. 518, 647, 648, 1384, C 209 bis C 211, C 299.*
[10] *Modena. Nicht identifiziert.*
[11] *Campiliola. Nachweise: P. SELLA, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Aemilia, Bd. 1, Città del Vaticano 1933 (Studi e Testi 60), 309ff.*
[12] *Reggio Emilia.*
[13] *England.*

403.[a]

Iud. Dilectus filius magister P. de .. canonicus Eboracen.[1] ac de Mapeliram et de Precesfelde ecclesiarum rector, quarum una dependet ab alia, gravem coram nobis exposuit questionem, quod nonnullis iniquitatis filiis dudum falso asserentibus eundem rectorem esse viam universe carnis ingressum ac quondam magistrum Petrum de Columpna capellanum nostrum fuisse ipsarum ecclesiarum rectorem officialis Wintonien.[2] fructus ipsarum ecclesiarum
f. 114v indebite sequestravit et di|lectus filius .. Wintonien. electus, ut dicitur, ipsum predictis ecclesiis occasione huiusmodi privans eas quibusdam aliis clericis de facto contulit et eos institui fecit in eisdem in ipsius magistri grave preiudicium et iacturam. Cum itaque dictus magister per dei gratiam, sicut nobis constat, vivat incolumis et verus rector earundem ecclesiarum existat ac idem electus in nostra curia constitutus ipsum magistrum P. earundem ecclesiarum rectorem

legitimum recognoscens .. officiali suo dederit suis litteris in mandatis, ut ammotis[b] quibuslibet detemptoribus[c] ab ecclesiis supradictis eidem magistro P. vel procuratori suo eius nomine ipsas ecclesias restitui faciat cum fructibus medio tempore perceptis ex ipsis. – mandamus, quatinus sequestro huiusmodi totaliter renovato ipsas eidem magistro vel alii eius nomine cum fructibus medio tempore perceptis ex eis et qui percipi potuerunt, integre restituere ac quibuslibet detemptoribus prorsus amotis ab ecclesiis supradictis et etiam nostra vel cuiuscumque auctoritate se in eis asserant institutos ac ipsum reducere in corporalem possessionem earum et inductum defendere sine difficultate qualibet per vos vel alium procuretis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Si vero clerici aliqui proponant se in predictis ecclesiis alias aliquid ius habere vel se in hiis sibi duxerint opponendos, vos eos ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra tres menses post vestre citationis edictum cum omnibus iuribus, munimentis et rationibus suis per se vel per procuratores idoneos compareant coram nobis facturi et recepturi super hiis, quod iustitia suadebit, non obstante indulgentia sedis apostolice, qua illis de regno Anglie[3] dicitur esse concessum, quod extra regnum ipsum vel ad alia certa loca non possint in causam trahi per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem vel qualibet alia
f. 115r cuiuscumque tenoris existat, per quam effectus presen|tium impediri valeat vel differri et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.[4] Quod autem inde feceritis, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimetis. Quod, si non ambo etc.[5]

a) *Überschrift fehlt* b) *statt* amotis c) detemptoribus *mit weiterem, durchstrichenem Kürzungsstrich darüber*

1 *York (Yorkshire).*
2 *Winchester (Surrey).*
3 *England.*
4 *c. 37 Conc. Lat. IV = X 1.3.28.*
5 *Quod si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat. Diese Klausel existierte seit dem 13. Jh. neben der Klausel Quod si non omnes; vgl. schon Cölestin III. X 1.29.21 (JL 17019 von 1193 Juni 17; vgl. W. HOLTZMANN, La „Collectio Seguntina" et les décrétales de Clément III et de Célestin III., in: Revue d'Histoire ecclésiastique 50 (1955), 447f. Nr. 107); Vgl. auch HAGENEDER, Gerichtsbarkeit 34; Innocenz III. X 1.29.23 (POTTHAST 665) u. X 1.29.34 (POTTHAST 1337). X 1.29.34. Vgl. insgesamt HERDE, Audientia 1,199f.*

404.[a]

Iud. Sua nobis .. prepositus Hugo Mascaron. infirmarius ecclesie Tholosan.,[1] Bertrandus de Falganto de Mucello[2] et Guillelmus Vacatii de Insula,[3] prioratuum priores, et Bernardus Raymundi rector ecclesie de .. petitione monstrarunt, quod, cum .. abbas et conventus monasterii sancti Michael. de Clusa[b] ordinis sancti Benedicti Taurinen.[4] ipsos super prioratu Cintegaualle[5] Tholosan. diocesis, quem dicti abbas et conventus ipsos communiter occupasse dicebant, coram .. sacrista ecclesie de .., cui .. abbas magistri loci iudex a sede apostolica[c] delegatus commiserat super hoc non tamen totaliter vices suas communiter traxisset in causam prepositus, infirmarius, priores et rector predicti ex eo sentientes ab eodem subdelegato indebite se gravari, quod, cum ipsi propter potentiam partis adverse nullos omnino advocatos habere possent, quorum copiam eadem pars in suum preiudicium obtinebat, dictus subdelegatus, cui de hoc plene constabat, eis providere cum posset de advocato, cui parati erant competens salarium exhibere, contra iustitiam denegavit, ad eundem delegatum primo et demum ab eo nolente gravamen huiusmodi revocare, ad nostram audientiam appellarunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota ratione previa procedatis, alioquin partes ad ipsius delegati remittatis examen, appellantes in expensis legitimis condempnando. Testes autem etc. Quod si non omnes etc.[d]

a) *Überschrift fehlt* b) *wohl statt* Clusia c) apostolicam, *übergeschriebener Kürzungsstrich durchstrichen* d) *Rest von f. 115r leer; f. 115v, f. 116r Nachtrag von dt. Hand einer Urkunde Papst Nikolaus III. an den Erzbischof v. Mainz (1278 Dezember 21) (Potthast 21502; Les registres de Nicolas III, Nr. 729; vgl. auch MG Const. Bd. 3, 202 Nr. 220); f. 117r Abschrift eines Diploms Rudolfs von Habsburg an Erzbischof Wernher von Mainz (1279 März 22) (Herde, Ein unbekanntes Begleitschreiben Rudolfs von Habsburg für Giffrid von Anagni, in: HJb 81 (1962), 158); f. 117r-118r Bonifaz VIII. „Clericis laicos“ von 1296 Februar 25 (Potthast 24291); f. 118r Benedikt IX. „Quod olim“ (Potthast 25427 von 1304 Mai 13; f. 118v leer.*

[1] *Toulouse (Haute-Garonne).*
[2] *Möglicherweise Mugello.*
[3] *Keine Identifizierung möglich.*
[4] *S. Michaelis de Chiusa (Diöz. Turin). Nachweise: M. Rosada, Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Lombardia et Pedemontium, Bd. 1, Città del Vaticano 1990 (Studi e Testi 324), Nr. 1720, 1728.*
[5] *Cintegabelle (Haute-Garonne).*

f. 119r

## 405. Exceptio, quando non citatur aliquis et iudex nulla de stan[do][a] iuri cautione recepta sententiam relaxat.

Iud. Sua nobis .. civis .. crucesignatus petitione monstravit, quod, cum ipse Mattildam relictam quondam .. de .. viduam .. diocesis super terris, possessionibus et rebus aliis coram .. decano Meten.[1] auctoritate apostolica traxisset in causam, idem decanus in predictam viduam, quia citata legitime comparere coram eo in prefixo sibi termino peremtorio[b] competenti contumaciter denegavit, propter huiusmodi contumaciam manifestam excommunicationis promulgavit sententiam iustitia exigente. Verum dicta mulier ab eodem decano sufficienti conficto gravamine ad apostolicam sedem appellans super appellatione sua ad .. decanum sancti Galli ..[2] diocesis ipsius sedis litteras impetravit, qui eodem cive non monito nec citato nec se per contumaciam absentante nullaque de stando iuri ab eadem muliere cautione recepta contra iustitiam predictam sententiam relaxavit, propter quod dictus civis, cum id ad ipsius pervenit notitiam, ad nostram duxit audientiam appellandum. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictam viduam, nisi ab eo ydonea cautio[c] de stando iuri prestetur et congrua satisfactio parti alteri pro expensis, in pristinam excommunicationis sententiam reducentes ac revocantes in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi temere inveneritis[d] attemptatum, in causa ipsa appellatione remota usuris cessantibus ratione previa procedatis iuxta dictarum directarum ad prefatum decanum sancti Galli continentiam litterarum, alioquin partes ad eiusdem decani sancti Galli remittatis examen, appellantem in expensis legitimis condempnando. Testes autem, qui fuerint nominati etc.

a) *Loch im Pergament* b) *statt* peremptorio c) cauto, ut *mit Kürzungsstrich* d) ti *interlinear darüber geschrieben, Texttinte*

1 *Metz (Moselle).*
2 *St. Gallen.*

406.[a]

Iud. Sua nobis dilecti filii .. decanus et capitulum Trecen.[1] petitione monstrarunt, quod, cum .. rector ecclesie de ... diocesis ipsos super[b] decimis et rebus aliis coram .. officiali Cathalaunen.[2] auctorita[c] apostolica traxisset in causam, ex parte ipsorum fuit coram eodem officiali excipiendo propositum, quod, cum iidem rector eos prius coram .. decano .. super eisdem per litteras apostolicas convenisset et esset coram eo super hiis aliquamdiu litigatum ipsi
f. 119v pendente causa huiusmodi coram illo, a quo non erat | per appellationem vel alio legit[im]o[d] modo recessum coram prefato officiali per litteras ad ipsum obtemptas non facientes de aliis predictis litteris et processu per eas habito[e] aliquam mentionem, conveniri[f] de iure non poterant nec debebant. Sed erant partes ad ipsius iudicis presentiam remittende, coram quo parati erant dicto rectori exhibere iustitie complementum, et quia dict[u]s[g] officialis super hoc contra iustitiam non audiebat eosdem, pro parte ipsorum ad nostram fuit audientiam appellatum. Ac idem officialis huiusmodi appellatione contempta[h] in decanum ipsum et nonnullos de ipso capitulo suspensionis et excommunicationis sententias promulgavit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictas suspensionis et excommunicationis sententias post appellationem huiusmodi inveneris esse latas, denunties eas penitus non tenere ac revocato in statum debitum quicquid post appellationem ipsam inveneris temere attemptatum, in causa ipsa appellatione remota previa ratione procedas iuxta priorum continentiam litterarum, alioquin partes ad eiusdem officialis[i] remittas[j] examen,[k] appllantem[l] in expensis legitimis condempnando. Testes autem etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *interlinear darüber geschrieben, Texttinte*
c) *statt* auctoritate d) *Loch im Pergament* e) *aus* habita *korrigiert, Texttinte*
f) -i *aus* -e *korrigiert, Texttinte* g) *Loch im Pergament*
h) *interlinear darüber geschrieben, Texttinte* i) l *korrigiert, Texttinte*
j) *interlinear darüber geschrieben, Texttinte* k) *folgt* si *getilgt* l) *statt* appellantem

1 *Troyes (Aube).*
2 *Châlons-sur-Marne (Marne).*

## 407.[a]

Iud. Sua nobis .. archipresbiter et capitulum plebis sancti Petri de ... diocesis petitione monstrarunt, quod, licet ipsi prebendam, que in eadem plebe per promotionem Petri tunc eiusdem plebis canonici, ad archipresbiteratum ipsius plebis vacavit, I. de .. ipsius plebis canonico, utpote sibi de iure debitam canonice contulisset, tamen .. archipresbiter ecclesie sancti Pontii .. diocesis, qui super receptione ac provisione Iohannis de .. canonici sancti Pauli de ... diocesis in dicta plebe primo felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri,[1] ac postmodum nostras executorias litteras se[b] recepisse dicebat, falso asserens prebendam vacare predictam, eam de facto[c] ipsi Iohanni contulit auctoritate huiusmodi litterarum mandans nichilominus eisdem archipresbitero et capitulo, ut dictum Iohannem ad illam in canonicum admitterent et fraterna caritate tractarent, in eos, si id infra certi temporis spatium non implerent, de facto excommunicationis sententia promulgata. Et licet ipsi infra tempus huiusmodi
f. 120r dicto archipresbitero humiliter supplicarint, ut, cum ipsum Iohannem | ad prefatam prebendam utpote non vacan[tem][d] admittere de iure non possent, in prefati .., cui iam eam contulerant canonice, prout erant docere parati, preiudicium et gravamen, mandatum et sententiam huiusmodi revocaret, quia tamen ipse id efficere non curavit, pro parte ipsorum fuit ad nostram audientiam appellatum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observare. Testes autem etc.

a) *Überschrift fehlt* b) *interlinear darüber geschrieben Texttinte* c) de facto *am Rand nachgetragen, Texthand, Texttinte, durch Einsetzungszeichen hier eingefügt* d) *Loch im Pergament*

1 *Innocenz IV.*

## 408.[a]

Iud. Sua nobis dilectus filius magister R. rector ecclesie sancti .. extra portam monachorum monasterii sancti .. Leven.[1] petitione monstravit, quod, cum .. de .. clericus .. diocesis ipsum coram magistro .. de .. canonico .., cui .. archidiaconus Cantuarien.,[2] iudex a sede apostolica delegatus, super hoc

commiserat totaliter vices suas super eadem ecclesia traxisset in causam, dictus rector ex eo sentiens ab eodem canonico indebite se gravari, quod idem canonicus[b] ad locum minus insignem, ubi haberi non poterat iuris copia peritorum, contra tenorem constitutionis edite in concilio Lugdunen.[3] citans eundem alium sibi contra iustitiam assignare denegabat insignem humiliter requisitus, ad nostram audientiam appellavit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota previa ratione procedas, alioquin partes ad predicti canonici remittas examen, appellantem in expensis legitimis condempnando. Testes autem etc.

a) *Überschrift fehlt* b) canonicus *mit übergeschriebenem, durchstrichenem Kürzungsstrich*

1 *Lewes (Sussex). Nachweise für das dortige Cluniazenserkloster: J. E. SAYERS, Original Papal Documents in England and Wales from the Accession of Pope Innocent III to the Death of Pope Benedict XI (1198-1304), Oxford 1999, Nr. 64, 796.*
2 *Canterbury (Kent).*
3 *c. 2 Conc. Lugd. I.*

## 409.[a]

Iud. Sua nobis Clemens de .. laicus petitione monstravit, quod, cum Clemens laicus .. diocesis ipsum super quadam pecunie summa et rebus aliis coram .. officiali .. archidiacono Senonen.,[1] ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine huiusmodi causarum cognitio in archidiaconatu suo, in quo partes consistunt, pertinet, non ex delegatione apostolica traxisset in causam, dictus Clemens ex eo sentiens ab eodem
f. 120v officiali indebite se gravari, quod acto|rum iudicii communium copiam alteri parti exhibitam, per que causa instruebatur predicta, quam numquam habuerat, sibi facere contra iustitiam denegavit humiliter requisitus, ad nostram duxit audientiam appellandum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, revocato in statum debitum quicquid post appellationem huiusmodi inveneris temere attemptatum, audias causam et appellatione remota usuris cessantibus debito fine decidas faciens etc., alioquin partes etc. Testes autem etc.

[a] *Überschrift fehlt*

[1] *Sens (Yonne).*

409.1[a]

Significat sanctitati vestre .. de .. presbiter .. diocesis, quod ipse olim[b] ad presentationem .., qui tunc erat excommunicationis vinculo innodatus, se fecit per .. episcopum in presbiterum ordinari[c] ac postmodum sic ordinatus divina presumpsit officia celebrare. Unde supplicat, quatinus[d] super irregularitate, quam huiusmodi occasione contraxit, misericorditer dispensantes sibi indulgere dignemini,[e] ut in subsceptis ordinibus ministrare[f] et ad alias etc.[f] licite valeat ministrare, defectu huiusmodi non obstante.[g]

[a] *Überschrift fehlt; Supplik; nachgetragen in flüchtiger Schrift von anderer Hand, aber wohl auch Kanzleihand* [b] *interlinear darüber geschrieben von derselben Hand und Tinte* [c] *folgt* unde sup *durchstrichen von derselben Hand und Tinte*
[d] *folgt* agentes misericorditer cum eodem secum dig(nemini) dispensatione, *durchstrichen von derselben Hand und Tinte* [e] *stark gekürzt* [f-f] *interlinear darüber geschrieben von derselben Hand und Tinte* [g] *Rest von f. 120v leer*

f. 121r

410.[a]

Iud. Sua nobis Ingerandus dictus Poileaste clericus petitione monstravit, quod, cum inter ipsum ex parte una et Matheum de Alueto ac Wanterum[b] dictum Quocum laicos Ambianen.[1] diocesis super quadam pecunie[c] summa et rebus aliis ex altera coram officiali Ambianen. non ex delegatione apostolica questio verteretur, idem officialis cognitis cause meritis et iuris ordine observato diffinitivam pro eodem clerico sententiam promulgavit, a qua dicti laici ad Romanam curiam appellarunt. Sed quia officialis eiusdem curie predictam sententiam contra iustitiam infirmavit, prefatus clericus ad sedem duxit apostolicam appellandum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus legitime de utroque processu cognoscens illum, quem legitimum inveneris, appellatione, remota usuris cessantibus approbes reliquo,[d] sicut iustum fuerit, infirmato. Dat. etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] Wanterut, ut *mit Kürzungsstrich,* t *expungiert*
[c)] -e *aus* -a *korrigiert, Texttinte* [d)] re *interlinear darüber geschrieben, Texttinte*

[1] *Amiens (Somme).*

## 411.[a]

Iud. Dilectus filius R. rector ecclesie de .. sua nobis conquestione monstraviat,[b] quod I. presbiter Pactavien.[1] diocesis ipsum eadem ecclesia, quam canonice assecutus fuerat et aliqu[a]mdiu[c] sine l[it]e[d] [po]ssedit[e] contra iustitiam spolians eam detinere presumit in ipsius rectoris preiudicium non modicum et gravamen. Verum cum idem rector super hoc contra ipsum presbiterum ad .. abbatem et .. priorem monasterii sancte Marie Scottorum in Vienna[2] predicte diocesis dilecti filii nostri P. sancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis tunc in partibus illis apostolice sedis legati[f 3] litteras impetrasset, iidem iudices cognitis cause meritis diffinitivam pro dicto rectore et in presbiterum ipsum, quia diligenter ab eis monitus ecclesiam ipsam eidem rectori restituere contumaciter[g] contra iustitiam denegabat, excommunicationis sententias exigente iustitia promulgavit, sed idem presbiter eandem excommunicationis sententiam dampnabiliter vilipendens ac eam per biennium et amplius sustinens animo indurato reddire[h] ad mandatum ecclesie non curat in anime sue periculum, eiusdem rectoris preiudicium et scandalum plurimorum. Quare dictus rector nobis humiliter supplicavit, ut contra eundem presbiterum congruum adhibere remedium curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, faciens auctoritate nostra appellatione remota inviolabiliter observari,
f. 121v tandiu[i] presbiterum ipsum singulis diebus dominicis et festivis pulsatis | campanis et candelis accesis[j] per te vel alium in locis, in quibus expedire videris, excommunicatum publice nunties ac facias ab omnibus artius evitari, donec rectori prefato ecclesiam restituerit supradictam, non obstantibus aliquibus litteris veritati et iustitie preiudicandibus a sede apostolica vel legatis ipsius super huiusmodi negotio impetratis. Dat. etc.

[a)] *Überschrift fehlt* [b)] *statt* monstravit [c)] *Loch im Pergament*
[d)] *Loch im Pergament* [e)] *Loch im Pergament* [f)] legati *mit getilgter* us-*Kürzung* [g)] *interlinear darüber geschrieben, Texthand, Texttinte* [h)] *statt* redire [i)] *statt* tamdiu [j)] *statt* accensis

[1] *Passau.*
[2] *Schottenkloster, Wien. Nachweis: Les registres d'Urbain IV. Nr. C 493.*
[3] *Innocenz IV. hatte Peter Capocci, Kardinaldiakon von S. Georgii ad velum aureum (1244 Mai - 1259 Mai 20), im Zusammenhang mit der Wahl Wilhelms von Holland nach Deutschland entsandt; vgl. E. WERMKE, Die päpstlichen Legaten in Deutschland unter Innocenz IV. und Alexander IV., Diss. Königsberg 1920, 115ff.; EUBEL 1,7, 50. Vgl. auch PARAVICINI BAGLIANI 14ff.*

## 412.[a]

Iud. Sua nobis Iohannes Alfonsi rector ecclesie sancti Vincentii de .. petitione monstravit, quod, cum ipse contra .. de .. clericum Compostellane[1] diocesis super eo, quod idem P. ipsum beneficio suo, quod in ecclesia sancti Petri de Eratio[2] eiusdem diocesis canonice fuerat assecutus, contra iustitiam spoliarat et detinebat in eius preiudicium occupatum, ad .. decanum et archidiaconum de .. in .. ecclesia litteras apostolicas impetrasset et adeo processum esset in huiusmodi negotio coram eis, quod lite super hoc legitime contestata testes recepti et attestationes publicate[b] fuissent, tandem dictus decanus et archidiaconus vobis vices suas in eodem negotio tot[aliter][c] commiser[un]t,[d] sed vos detinentes negotium ipsum diutius in suspenso in [eo][e] proce[der]e[f] non curastis anno[g] et amplius iam elapso in ipsius rectoris preiudicium et gravamen, quamquam per eum non steterit, a quo pluries fuistis legitimis temporibus requisiti. Quare idem nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cupientes igitur, ut finis litibus imponatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, in dicto negotio predictorum decani et archidiaconi legitime servato processu infra tres menses post receptionem presentium appellatione remota ratione previa procedatis iuxta directarum ad eosdem decanum et archidiaconum continentiam litterarum; alioquin dilecto filio .. cantori Compostellan. nostris damus litteris in mandatis, ut ipse extunc in predicto negotio appellatione remota previa ratione procedat iuxta litterarum continentiam earundem.[h]

a) *Überschrift fehlt* b) te *aus* toe *korrigiert, darüber Kürzungszeichen getilgt, Texttinte* c) *Loch im Pergament* d) *Loch im Pergament* e) *Loch im Pergament* f) *Loch im Pergament* g) omnibus *links am Rand von anderer Hand, darunter wohl zwei weitere Wörter ausradiert* h) *Rest von f. 121v leer*

[1] *Santiago de Compostella.*
[2] *Nicht identifiziert.*

413.[a]

Anno etc. die XV mens[is][b] maii non. ind. apud. Neapolim.[1] Roger. de Collercoren.[c] decanus Nolan.[2] providit Hugolino de sancto Faustino clerico de fructibus, quos ipse decanus habuit in ecclesia sancti Angeli de Occeiano Nolan. diocesis.

[a)] *Einbandblatt Rückseite, von anderer Hand als Texthand, Überschrift fehlt* [b)] *Loch im Pergament* [c)] *Lesung unsicher,* Collcor., or *mit doppeltem Kürzungsstrich*

[1] *Neapel.*
[2] *Nola (Prov. Neapel). Das Bistum Nola unterstand als Suffragan dem Erzbistum Neapel.*

414.[a]

Die XXVIII mensis iunii pre presbitero Iohanne de Tulim, Hugolino de Spello[1] et Grasso Tambunario[b] et Barberio[c] Calzolario Pagramnus de Mediolan(o)[2] fecit finem et refutationem de omni eo, quod petere posset usque in odiernam diem a Iohanna Sancta[d] gure etc. Data mihi licentia faciendi iustitiam[e] prout melius valere poterit.

[a)] *Einbandblatt Rückseite, erneut von anderer Hand als Texthand und vorhergehendes Stück* [b)] *Lesung unsicher* [c)] *folgendes Wort nicht mehr lesbar* [d)] S *korrigiert* [e)] *Lesung unsicher*

[1] *Spello (Prov. Perugia, Distr. Foligno).*
[2] *Mailand.*

415.[a]

Archiepiscopus Salernitanus.[1]
Archiepiscopus Beneventanus.[2]
Archiepiscopus terre Ydronti.[3]

[a)] *Einbandblatt Rückseite, erneut von anderer Hand als Texthand und vorhergehende Stücke*

[1] *Salerno.*
[2] *Benevent.*
[3] *Ortanto (Prov. Lecce).*

416.

Abbas Iohannes de iudice Rogerio de Salerno.[1]

Abbas Philippus de Salerno.[2]

Abbas Philippus Capuanus de Amalf[ia][a] [3]

Abbas Philippus Minutulus de Neapoli.[4]

a) *Lesung unsicher, letzte beide Buchstaben sind verblasst*

1 *Salerno.*
2 *Salerno.*
3 *Amalfi (Prov. Salerno).*
4 *Neapel.*

417.

Dominus Petrus Fillangerius.[1]

Abbas Sergius de Iudice de Amalfia.[2]

Abbas Petrus de Aversa.[3]

Abbas Petrus de Erogisio de Brundusio.[4]

Frater Philipus de Petra de ordine Minorum.

Abbas Canen.[5]

1 *Fillangeri.*
2 *Amalfi (Prov. Salerno).*
3 *Aversa (Prov. Caserta).*
4 *Brindisi.*
5 *Cava de'Tiremsi (Prov. Salerno).*